



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1626

VII. De suprema Religiosi perfectione in custodia Constitvtionvm, &
Regvlarvm suæ Religionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

TRACTATUS SEPTIMVS.

DE SVPREMA RELIGIOSI PERFECTIONE IN CVSTODIA CONSTITVTIONVM ET REGVLARVM SVAE RELIGIONIS.

CAPVT I.

RELIGIOSI MAIOREM SVAM PERFECTIÖNEM & perfecta
DE I voluntatis cognitionem in suis Constitutionibus & Re-
gulis quaerere debent.

QUAEADMODVM OMNES FERE ARTES AC SCIEN-
tiæ proprios habent libros, ex quibus earum sectatores eas
dilectant: & vnaquæq; specialem aliquem habet, qui sit reli-
quorum Fundamentum, ab Auctore siue Inuentore eius e-
ditum seu concinnatum: ita Christianæ perfectionis scien-
tia proprium habet fundamentalem librum, in cuius le-
ctionem & studium est incumbendum, Nouum scilicet
Testamentum, in quo tota Lex Euangelica est expressa, Et similiter Religio-
sæ perfectionis scientia in vnoquoq; Instituto, præter Scripturam sacram,
specialem alium habet librum, in quo Constitutiones & Regulæ cõtinen-
tur: Cuius libri mentio facta est superius: in cuius lectione debent Religiosi
occupari, vt scientiam discant, & exercitium virtutum: ita vt possint perfecti
evadere non solum eas intelligendo, sed etiam opere exequendo: ad hoc e-
nim studium & exercitium sese per vota obligarunt. Nam, vt dictum est, in i-
psius Regulis continetur modus, quo vota ipsa sunt seruanda; & media præ-
terea, quæ ad proprium suæ Religionis & vocationis finem consequendum
sunt adhibenda. Quas Regulæ & Constitutiones nisi bene intelligant, dif-
ficile poterunt obseruare, & perfectionem obtinere, ad quam tendunt; nec
ipsam quidẽ salutem: si ex negligentia & incuria nõ implent, quod promisi-
erunt. Quare aptè accommodatur libro Regulæ, quod Baruch Propheta di-
xit: *Hic liber mandatorum Dei, & Lex, quæ est in æternum: omnes, qui tenent eam,*
peruenient ad vitam: qui autem dereliquerint eam, in mortem. Conuertere Iacob &
apprehende eam ambula per viam ad splendorem eius. Attendat itaque Religio-
sus, quam sibi obligationẽ imposuerit; & pergat in via sua ad splendoreẽ pro-
deuntem ex Regula, quã profitetur: ambulans enim per eã ad æternam per-
ueniet vitam; si autem ab ea declinet, incidet in mortem sempiternam:

M E M O R sit Religiosus, hunc suæ Regulæ librum aperiendum in die iu-
dicii

Trac. 3. c. 5.

1.

a Baruch. 4. 14.

2.

dicij, cum baperientur libri conscientiarum, ut iudicentur mortui ex his, quae scripta erunt secundum opera eorum. Quod si conscientia ipsius liber conformis sit libro Regulae, honorabitur à Deo coram Angelis suis, & omnibus hominibus; recipietque suorum bonorum operum & obsequiorum praemium, Sicut etiam graviter punietur, si conscientia inuenietur repugnasse Regulae: quia parui eam fecit.

3.

c Gal. 6. 16.

d Ps. 118. 16.

QVOD SI frui cupiat pace, læticia, reliquisque praemijs, promissis renouantanti rebus omnibus propter Christum: debet Regulam suam obleruare, & per eam se dirigere: sub tali enim pacto promissa fuerunt, ut Saluatorem suum sequeretur in Regula, & vitæ ratione sibi praescripta: De qua illud Apostoli dicere licet: *Quicumque hanc Regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israël Dei*, quia scilicet sunt veri Israëlita Dei, fortes, & constantes in eius obsequio, ac proinde digni, qui remunerentur pace, quae exuperat omnem sensum; & misericordia, quae praecipit ac praeterit ab omni miseria: scriptum est enim: *Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.*

4.

Tract. 3. c. 5.

In 4. epi. 4.

c Col. 3. 9.

I.

1. Jo. 2. 27.

SED QUANAM scientia in mundo esse potest excelsior & vtilior, aut quod studium cæptumque praestantius ac iucundius scientia & cognitione voluntatis Dei, & conatu eam perfecte adimplendi? Hæc autem cum particulari excellentia inuenitur in Regulis Religionis ab Ecclesia approbata, ut fuit dictum est supra. Quemadmodum igitur Scriptura facta (ut S. Gregorius loquitur) similis est cuidam epistola, quam Deus ad omnes mittit fidelibus, qua aperit illis suam voluntatem, & quid ab vnoquoque requirat: ita Religionis Regula est quasi epistola, licet breuis & compendiosa, valde tamen clara ac certa: quam Dominus noster mittit ad Religiosos, & significat, quae ab eis requirat, ut in ipsius oculis sint perfecti. In hac regala inueniuntur celestem illam scientiam, quam Apostolus postulabat dari fidelibus, cum dixit: *non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia, & intellectu spiritali: ut ambuletis digne Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes.* In quibus verbis tres insinuat Apostolus conditiones & proprietates perfectæ cognitionis voluntatis Dei: omnes cum excellentia inueniuntur in Religione. *Prima est*, ut sit plena: verbo (*impleamini*) exprimitur, nihil ignorando eorum, quæ Deus in statuatur requirit: quemadmodum S. Ioannes dixit: *in honorem Spiritus Sancti docere eos de omnibus.* Omnia, dicit, quæ quisque scire debet, ut Deo in statu placeat. Quæ plenitudo in nullo statu est tam copiosa, atque in Religione, in qua omnia inueniuntur, quæ cognitionem adferunt voluntatis Dei: scilicet Evangelica cum suis omnibus præceptis & consilijs, generalia Ecclesiae mandata; Constitutiones & Regulae Religionis, & speciales officiorum.

quæ ad singulos spectant; Prælatorum Ordinationes; conscientiarum dictamina & boni spiritus illustrationes; & ipsamet occupationum distributio, quæ signo campanæ indicatur. Hæc inquam omnia Dei voluntatem manifestant, plenamque eius cognitionem præferent, & Religiosus *beatum se potest iudicare, quia (iuxta Baruch Prophetam) qua Deo placeat, manifesta sunt.* Et hoc præcipuum eius esse debet studium iuxta consilium Sapientis; *hæc cogita te ne quaesieris, sed qua præcepit tibi Deus, illa cogita semper.* Quod si operam tuam in libro regularum tuarum frequenter evolvendo polueris; in eo invenies, quæ Deus præcepit tibi, & sufficiens principium ac fundamentum ad reliqua cognoscenda.

No n̄ sufficit tamen, quod hæc cognitio plena sit, nisi simul sit spiritualis & iucunda. Est enim quædam voluntatis Dei cognitio merè speculativa, quam habet peccatores per lumen Fidei, & naturalem rationem: de quibus dicit Dominus: *si servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non fecit secundum eam; vapulabit multis, qui autem non cognovit, vapulabit paucis.* Nā eam cognoscere, & non explere, est quodammodo eam contemnere. Ideoque huiusmodi cognitio nō sufficit, nisi altera accedat, quam Apostolus appellat: *in omni Sapientia, & intellectu spirituali*, talis enim est iucunda ac benevola: quia intellectus penetrat, æstimatque magnitudinem & sanctitatem latentem in Dei voluntate, eiusque legibus, ac Regulis: ita ut voluntas nostra amet, approbet, magnaque voluptate acceptet, quod intellectus agnoscit, & tanti facit. Et idem Apostolus hoc ipsum cōmendavit, dicens: *reformamini in mentate sensu vestri: ut probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta: & delectemini (iuxta S. Hieronymi explicationem) bono, meliori, & optimo, quod voluntas Divina nobis cōmēdat.* Et hinc oritur, quod cognitio hæc tali affectui coniuncta, valde sit subtilis, penetretque; nec quiescat, cū solū cognoverit, quod primo aspectu præceptū & Regula sonat; sed (ut Cassianus ait) cognoscat etiā interiora & excellentiora in eis cōtenta. Amor enim existimulat intellectū, ut subtilius inquirat, multaque inveniatur, quæ non amati sunt occulta; sed implent Dominus ea manifestat amanti in præmium amoris quo ea inquirunt. Quod significat Ecclesiasticus, dicens: *cogitatum tuum habet in præceptis Dei & in mandatis illius meditandis maxime assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & animi fortitudinem: & concupiscentia Sapientia dabitur tibi.*

Hæc etiam oritur tertiā huius cognitionis proprietas, ad quam cæteræ dirigitur: quod scilicet sit practica, & faciens quod novit, adimplens voluntatem Dei, sicut implendam intelligit. Et hoc est quod maxime refert ad nostrā beatitudinis plenitudinē, dicente Christo Domino nostro duodecimo discipulo: *in si hæc feceritis, beati eritis si feceritis ea.* Quasi aperte dixerit: non propterea beati eritis, quod ea sciatis; sed quod faciatis. Quod & alibi

Cccc 2

implemet

g Bar. 4. 4
h Eccl. 3. 22

2.

Luc. 12. 47

k Rom. 12. 2

Coll. 14 c. 11.

l Eccl. 6. 37.

3.

m 1oa 13. 7

n Luc. 11. 28
o Ioa. 13. 18.

p Col. 1. 10.
S. Tho. legit.
Ambuletis
dignè Deo

q Mat. 6. 10

a Deut. 5. 1

b Prov. 7. 2
c 3. 4.

ipsemet dixit: *n Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.* Ac propterea (vr ait Sanctus Augustinus) adiunxit: *o Non de omnibus vobis dico: ego ius quos elegerim. atque si clarius dixisset: est inter vos falsus quidam discipulus. qui præcepta & consilia mea audiuit, & non tamen beatus tamen non est: qui et nec diligit, nec magni facit, nec vult opere exequi.* Intelligat itaque Religiosus, quòd licet in eo sit felix, quòd ad eò plenè Dei voluntatem agnoscit, prout in eius Regulis continetur: non tamen propterea beatus est, quòd en nouerit; sed quòd opere ipso eas custodiat. Cognitionis enim scopus est, quem insinuauit Apostolus, cum dixit: *p vt dignè ambuletis, Deo per omnia placentes, & in omni opere bono fructificantes.* Quid autem est ambulare dignè Deo nisi (vr S. Thom. ait) viuere cum ea grauitate, quæ decet seruos Dei: Quem admodum enim Regum ac Principum domestici famuli non ita se indant, & in reliquis gerunt prout ipsos secundum proprium statum decet; sed secundum dignitatem & amplitudinem dominorum, quibus inferuiunt: ita omnis nostra cogitatio ac sollicitudo esse debet, vt voluntatem Dei implemus, sicut infinita eius dignitas & Maiestas promeretur: studentes in omnibus illi placere, obedientia quadam adeo perfecta, quæ verè digna sit Domino, qui eam imperat. Ad quam dirigitur, quod Christus D. N. in be nos petere, vt q *Patris voluntas fiat in terra, sicut in celo: vbi dignè impletur prout à Creatura impleri potest voluntas ad eò immensi Creatoris.*

CAPVT II.

SPIRITVS AC FERVOR QVO REGVLÆ AMPECTENDA
sunt & obseruanda, & ratio eas cum utilitate legendi.

EX DICTIS DEDUCENDVS EST SPIRITVS obseruandi Regulas, optando scilicet, perfectè in eis Dei voluntatem agnoscere, amare, & stimare, & opere exequi vt vitam ducamus dignam propriam Professione; & ipso Deo, qui ad eam vocauit: studentes ei placere & adimplendis rebus omnibus magnis & paruis, quæ in Regulis continentur. Hoc commendauit Moyses populo suo, cum Dei legem voluit ei promulgare, dicens: *a audi Israël caeremonias atque iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere comp'ete.* quasi tria ab eis peteret circa legem, quam promulgabat. *Primum:* vt eam attentè audirent, etiam in interioribus animæ auditu, per quem Fides & obedientia ingrediuntur. *Secundum:* vt eam discerent ita, vt memoria infixa maneret, & intellectu eam penetrarent. *Tert. im,* ac præcipuum, vt eandem plenè ac integrè opere exequerentur. Quæ tria amplius explicauit Salomon dicens: *b Fili serua mandata mea, & legem meam, quasi pupillam oculi tui: liga eam in digitis tuis. scribe illam in tabulis cordis tui.* tanto, inquit, studio ac diligentia legem, & præcepta, tuique ita

Ree-

Regulas castodi, quasi pupillas tuorum ocnlorum : illæ siquidem sunt ocu-
 li, qui te illustrent, ac ducunt in hac via cœlesti. Et quemadmodum nec fe-
 stucam vnā in oculo tuo ferre potes: nam etiam minima ad eō tibi est mo-
 lesta, vt quietem nullam habeas, donec eam extrahas: ita nullum debes de-
 fectum contra legem & Regulam tuam admittere. Quod si in aliquem la-
 plus fueris, ad eō premere te debet, & mordere conscientia: vt non quiescas,
 donec per pœnitentiam eam elueris: cū ex hoc pax omnis & splendor a-
 nimæ tuæ dependeat. Vt enim ipse Saluator noster dixit: *Si oculus tuus sim-
 plex fuerit ac purus: totum corpus tuum lucidum erit.* Debes quoq; legem hanc
 & Regulam *d tuis digitis alligare, vt e semper eam coram oculis gestes,* vt memor-
 sis omnium, quæ ea commendat: nec aliquid eius ex obliuione prætermi-
 tas. Nec dicit: vni digito esse alligandam, quemadmodum annulus inferi-
 tur; sed in omnibus: vt intelligas: quanta soliditate & firmitate habere eam
 debeas in manibus tuis, vt opere exequaris. Quod si quæras: quibus fanicu-
 lis sit alliganda? respondebo: Chaitatis, quam S. Apostolus *vinculum pæ se-
 ritatis* appellat. Nam (vt S. Chrysostomus explicat) omnes virtutes ligat,
 vt hominem reddat perfectum: Quod si legem diligis, amor hic illam tuis
 digitis alligabit: vt semper eius memineris, & ad implendam exciteris. Nam
 vbi Amor est: nec obliuio, nec incuria, aut ignauia locum habet: & eō ten-
 dit, quod Salomon dixit, vt *g scribas legem,* non in tabulis lapideis, aut æreis;
 sed *in tabulis cordis,* hoc est, in memoria, intellectu, & voluntate; dando ope-
 ram, vt memoria semper eius recorderetur; intellectus eam pœnetret, & asse-
 quatur; ac voluntas ita amplectatur; vt virtutes, quas lex & Regulæ cō-
 mendant, sculptæ in apima maneat, quemadmodum ibi sunt scriptæ. Religiosus
 enim nō scribit virtutes in tabulis cordis, quasi auctor librū componens, &
 sententias scribens verbis, ordine, & modo, qui magis ipsi placet, sed quasi
 et aliquo originali describens; qui non fungitur bene iuo officio, dum sen-
 tentiam, & sensum eius, quod in originali est, ponit; sed etiam debet eadem
 verba eodemq; ordine, ac distinctione ponere: nec iota, aut apice præ-
 termisso. Cogita igitur: Regulam esse exemplar, & quasi originale virtutum
 Religiosarum; & singulas virtutes esse quasi sententias; earumq; proprias
 actiones esse quasi characteres; circumstantias verò, illas exornantes, esse
 quasi apices & comata; incumbere autem tibi ex officio totam Regulam, si-
 cut verè est describere in anima tua. Nec satisfacies, si virtutem scribas pro
 tuo arbitrarij; sed ita describere oportet, sicut in lege & Regula est præscri-
 ptum, Nec seruanda tibi est paupertas, temperantia, & obedientia pro arbi-
 trario & electione tua; sed in rebus, & cum ijs circumstantijs, quas tua Religio
 commendat. Amplectendo (vt ait S. Ephræm) res æquè paruas, ac magnas i-
 plius perfectionis, non prætermittis iota, aut apice; hoc est, nec minimo o-


c Matt. 6

d Deut. 6
c c. 11. 1. 5.

f Colof. 3. 1

g Prou. 3.

Ser. de vita
spirit. nu. 34



g Heb. 5.8

h Isai. 62.4

Tract. 6.6.2

minimo opere, nec minima eius circūstantia. Ad quod si opus esset, ut ipse tuus sanguis loco atramenti adhiberetur, esset ad id bene collocatus: effundendo scilicet illum, vbi id necessarium esset, ad exequendum quod Deus iubet; & resistendum peccato, quod prohibet. Quemadmodum ipse Salvator suum effudit, de quo dixit Apostolus, quod *ex iis, quae passus est, didicit obedientiam*; assecutus experimentalem scientiam obediendo voluntati Diuinæ in sudore vultus sui, & effusione sanguinis. Eodem autem modo vale, ut Ecclesiae filij eam assequantur, de qua Ecclesia dixit ipse per Isaiam, quod esset vocanda *h voluntas mea in ea*; quod nomen tanquam novum quod Dominus nominavit; aut, iuxta verbum Hebraeorum *perforavit & excavavit*, quasi qui literas stylo aliquo ferreo pungens, aut cælo excavans, foris pat, ut omnes intelligant: Diuinæ voluntatis executionem non sculpi in anima, nisi multis adhibitis mortificationibus, & afflictionibus, quibus quique seipsum pungeat; aut infligendo penam, aut subtrahendo sibi omnia superflua, ut superius est dictum. Et hac ratione Regula scripta vertitur in viam; & Institutum in Constitutionibus scriptum, efficitur viuens in cordibus. Quare perfectus Religiosus, est quasi Regula & Institutum viuens, in quo videri ac legi potest quicquid in libro Regularum est scriptum: ex hoc enim exemplari descriptit valde ad viuum.

§. I.

Collat. io. 6
7. & 9.Reg. 5. ex
Fust.

VERVM QUIDEM EST, Hoc non vno momento, nec vno tractu effici posse; sed paulatim & continuo exercitio. Quemadmodum (ait Cassianus) Scholæ Magister proponit puero discenti scribere perfectissimi characteris exemplar: non quod is prima die omnino similes characteres efformet & aequè scribat eleganter, atque ipse Magister; sed ut incipiat pulchram characteris formam effingere, & attendat ad scopum suum, hoc est, tam elegantem effingere characterem, atque est in ipso exemplari. Quod paulatim obtinebit, quotidie scribens, & laborans, ut, quod scribit, sit ipsi exemplari simile. Ita inquam non proponitur Religiosis in Regulari heretica virtutum perfectio, quasi statim eam possint assequi; sed, ut statim incipiant eam desiderare, sibiq; procurare, & in omnibus, quæ fecerint, cum ipso exemplari, quod ante oculos habent, sese conformare, suppletes desiderio & efficaci voluntate, quod viribus deest: & ex vna parte humiliantes se, cum videant, quàm modicum habeant, & quàm multa illis desint, ut ad tantam perfectionem perueniant; ex altera autem seipso excitulantes ad eam procurandam: confidentes Magistro cælesti, qui tale eis exemplar, & intentione proposuit, ut vitam suam cum eo conformarent. Ex quo deducit S. Basilius solennem quandam valdeq; utilem sententiam, dicens in omnibus, quæ facimus, debere nos seruare unicam solam Regulam & formam. De

ic. v.

sc. voluntatē: cui nos semper accommodemus. Eum in modum, quo pictor aut sculptor perfectè facit suum opus, cum ante oculos habet exemplar sibi datum, ab eo, qui illud iussit fieri; & in omnibus simile suum efficit opus: ita Christianus & Religiosus erit in suis actionibus perfectus, cum operam dat, vt omnes, magnæ & parvæ, cōdormes sint voluntati Dei; & legi, ac Regulis præscriptis æquales. Idem prius docuit S. Dionysius, dicens: quod quæ admodum ei, qui desiderat pulcherrimam aliquam imaginem pingere, aut aliquid ex alio originali transferre: necesse est semper ad exemplar illud aspiciere, ex quo opus suum formare debet; nec ad rem aliam attendere, ne aberret. Ita etiam, cum aliquid facis, affigere debes oculos in Deum & Christum D. N. ad effingendam in te virtutum eius imaginem, easque in animam tuam transferre. Quæ virtutes, cum in lege & Regulis Religionis sint bene expressæ: idèd attentè eas aspiciere oportet, vt eis te omninò conformes; remouens oculos ab hominum applausu, mundi iudicijs, & legibus carnis, quæ te facient in omnibus, quæ feceris, aberrare.

Ex quo fit, vt nullius pietatis aut maioris perfectionis prætextu conculcanda sit Regula aut aliquid contra eam faciendum; sed suspectum semper habendum quemcunque impulsum, aut reuelationem, quæ ad eam transgrediendam, aut cum scandalo & offensione Cōmunitatis contemnendam, induxerit. Huc tendit insigne illud Apostoli ad Philippenses documentum, cum dixit: si quid aliter sapitis, quam ego vobis dixerim, & hoc vobis Deus reuelauit Veruntamen ad quod peruenimus, idem sapiamus, a *in eadem* *permanemus Regula*, voluit enim Apostolus (vt explicat S. Thomas) titulo & prætextu reuelationis neminem debere recedere à communi Ecclesiæ sententiæ & Regula vitæ quam illa tenet. Quod etiam extendendum est ad Religionem ita, vt nemini liceat pallio nouarum reuelationum, & propriorum impulsuum introducere schismata, turbationes, aut dissensiones; recedendo à communi omnium sensu; & Regulam vitæ, quam profitentur, conturbare: cum sit ab Ecclesiâ approbata, & confirmata. Ordinariè enim huiusmodi impulsus non à bono spiritu proueniunt, sed à proprio: qui proprio iudicio valde tenaciter adhæret, cuius arrogantia aded est efferata, vt vniuersæ communitatis iudicio sese præferat. Et quæ maior superbia esse potest: (ait S. Bernardus) quàm proprium iudicium totius Religionis iudicio præferre: quasi solus haberet spiritum Dei, reliqui autem deciperentur. Hic est spiritus ille fabulator, (cuius detrimenta retulimus superius) capitalis hostis vitæ Religiosæ, eiusque firmitatis ac perfectionis. Quæ fundatur non in mobili arena iudicij proprii, & arbitrij particularium Religiosorum: sed in firma & fundamentali petra suæ Regulæ, confirmatæ antiquitate & sanctitate Fundatorum, qui eam constituerunt; & patrum, qui eam custodierunt:

& per

Similitudo.

a Philip. 3: 5, Lett. 3.

Serm. 7. de Resurrect. Tom. 2. tra. 1. c. 12.

Coll. 13. c. 4.
c c
c c
c c

b 48. 10. 34

c Deu. 3. 2. 11.

d Deut. 6. 6
e c. 11. 18.

e Prov. 6. 0

f. Mat. 2. 58

& per hoc ad excelsos valde sanctitatis gradus peruenerunt. Et cōeolde fe-
querentur successores: si, cum proprii iudicij subiectione, eandem accepta-
rent, & seruarent: imitantes suos prædecessores. Vt præclare testatur Cas-
sianus, exhortans ad cognoscendam dignitatem Auctorum, & Fundatorum,
Professionis Religiosæ: quia necesse est, (inquit) vnamquamque vitam, ad
illum finem secum pertrahere sectatorem, ad quem Auctor ipsius Inuen-
torque peruenit Regula itaque S. Benedicti, aut S. Ignatii deducet Religio-
sos, eas perfectè seruantes, ad eos sanctitatis gradus, quos eorum Patres fue-
runt assecuti: qui eam custodientes, ad eum magni Sancti euaserunt. b *Deum au-*
tem non est personarum acceptor, vt ait S. Petrus, sed in omni gente, qui timet eum,
et operatur iustitiam, acceptus est illi, nec parcius spiritu sancto replebit præ-
sententes, quàm eos, qui præcesserunt: si eandem viam teneant, quàm illi tenuerunt.
Quamuis enim regulariter nullus ad sanctitatem sui Fundatoris per-
ueniat, qui c *aquile instar super omnes filios suos volat, prouocans eos exemplo*
suo ad volandum, & ascendendum ad locum, quod ipse peruenit. Id tamē inde
prouenit, quòd nullus ad Regulam tam exactè seruandam contendat, atq;
ille seruauit; neque cœlestes fauores, quos accipit, cum ea fidelitate expen-
dit, & in opus deducit; sicut ille de acceptis faciebat. Ad quod confirman-
dum dixit semel Dominus Deus noster Sanctæ Angelæ de Fulgino se non
minores gratias & fauores largiturum præsentibus, quàm fecisset seruis suis
Francisco, & Dominico temporibus præteritis: si in eis inueniret vas capax,
dispositionemque ad eos suscipiendos.

Ex quibus colligitur: Religiosum cupidum obrinendi perfectionem, ad
quam est vocatus, debere quasi indiuiduos comites sibi adhibere ipsas Re-
gulas dirigendo & collimando omnes suas actiones iuxta earum præscri-
ptum, in omni loco & tempore, domi & foris in lecto, in cella, & extra eam,
siue comedat, siue laboret; dormiat, aut vigilet; agendo cum Deo, aut cū ho-
minibus, Cogitet, dici sibi à Deo, quod olim populo Israël: d *Verba & man-*
data quæ ego precipio tibi hodie erunt in corde tuo; et meditaberis in eis sedens in do-
mo tua, et ambulans in itinere; dormiens atq; consergens scripsitq; ea in limbo, et
stis domus tua, et ligabis ea quasi signum in manu tua. e Conserua fili mi ait Salo-
mon, præcepta patris tui et ne dimittas legem matris tue. Liga eam corde tuo in-
ter, et circumdantur tui. Cū ambulaueris, gradiantur tecum: cū dormieris, circu-
diant te, et euigilans loquere cū eis. Quia mandatum lucerna est et lex lux, et uita
et increpatio disciplina, siue pædagogus, qui te in bona disciplina cōtinet.

IN HIS omnibus elucere debet zelus Regularum, quem ad modum in
Elia: de quo facta Scriptura ait, quod f *dum zelat Zelum legis, receptus su in ca-*
lum. Ad eum enim eius zelus Deo placuit, vt uoluerit, raro illo fauore eum re-
munerare: vt in curru igneo ad cælum duceretur. Quid autem aliud est ze-
lare

late zelum legis, & Regularum quàm vehementi teneri desiderio obseruationis earum, magna verò pœna ac dolore affici: cùm aduertit, eas violari, aut contemni: & omnem operam dare, vt huiusmodi iactura omnibus vijs, quibus potest præueniatur, & evitetur. Hic autem zelus inchoari debet ab vnoquoque in seipso, diligenter attendendo, ne ipsius culpa Regularum custodia imminuatur; nec eas ipse transgrediendo, nec alijs exemplo malo occasionem præbendo eas transgrediendi. Quare zelus ita ad alios extendere se debet, vt studeat, qui illum habet alios etiam Regulas magnificere, & custodire: sicut ipse conatur custodire. Et hoc est, quod Scriptura appellat zelare zelum: hoc est, habere zelum, ne zelus ipse intepescat, aut refrigescat, sed vt in omnibus cum magno feruore ardeat. Et qui hoc modo Regularum custodiam zelauerit: ex eis hauriet aded feruentes & præstantes virtutes, quæ quasi igneus currus eum à terra eleuent, & spiritum transferrant in paradysum.

§. 2.

SUPEREST explicare ex his, quæ dicta sunt, modum, quo Religionis Regulae sunt perlegendæ: quod exercitium est vnum ex maximè commendatis, & frequentatis in ea. Sufficiet autem nobis pro exemplo, quod Sanctus Augustinus ad finem suæ Regulæ commendauit: vt vos ipsos (inquit) quasi in specule aspiciatis neque ex oblivione aliquid exequi prætermittatis: legatur vobis Regula singulis septimanis. Et cum aduerteritis vos præstare omnia, quæ in ea sunt præscripta, gratias Deo agite: qui fons est omnium bonorum. Quando autem aliquis deprehenderit, se in aliquo defecisse, doleat de præteritis; & statuatur, se in futurum velle emendare. Oret simplex Deum, vt culpam remittat; & ne patiat labi in tentatione. Non potuit breuioribus & grauioribus verbis explicari modus tenendus in lectione Regularum. Quod autem ad frequentiam eas legendi attinet, in singulis Religionibus seruandum est, quod hac de re est constitutum: siue singulis septimanis, siue singulis mensibus. Quemadmodum tamen medici debilibus ac valetudinarijs suadent, ne simul multum comedant; sed potiùs ter, aut quater sumant, quod semel & simul sumere cogitabant: vt facilius eorum quæ sumuntur, digestio succedat: ita pro Religiosis, Nouitijs præcipue ac Tyronibus, est bonum consilium: ne vno tractu Regulas omnes perlegant; sed quotidie aliquam partem: vt sic faciliùs eam possint digerere, & ad sua interiora trajicere. Eum in modum, quo a *Leuita* (vt ait *Eldras*) legimus in volumine legis Domini Dei sui quater in die, parum scilicet singulis vicibus, confuenter & adorantes Deum etiam quater: siue lectionem interrumpent laudibus; siue lectionem & laudes aptè simul commiscerent. Nam lectio legis Dei, & ipsius Regulæ non siccè, & cursim fieri debet; sed paulatim,

Modus legendi Regulas.

Cap. 45.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Similitudo.

2. Esd. 9. 3.

Exemplum.

Tom. 3.

D d d d

& cum

Ad Fratres
de Monte
Dei.
Cassia. Coll.
10. c. 10. 5
Coll. 4. c. 9
Homil. 7. in
Ezech.

& cum aliqua mora: vt varij affectus ac petitiones lectioni miscantur for-
ritini conformes, qui in legente prædominatur; & quem eius author ha-
bebat. Nam (vt Sancti Patres asserunt) sacra Scriptura non potest com-
modè intelligi, nisi quis eundem induat spiritum, quo illa fuit scripta. Non-
numquam potest (ait S. Bernardus) sensum S. Pauli in suis epistolis; nec Davidis in
suis Psalmis bene assequi, & penetrare: nisi eundem spiritum habeas, quem
illi habuerunt. Et S. Gregorius ait: Si interius es à bono spiritu permotus
de desiderio & affectu alicuius virtutis: statim capies, quæ S. Scriptura de ea di-
cit: quæ adhuc excitabit te, ad eam desiderandam, & procurandam. Eum in
modum, inquam, non satis capies & assequeris spiritum Regularum, nisi ean-
dem Authoris spiritum induas. Et cum affectus eris, & permotus desiderio
paupertatis, aut humilitatis, tunc facile penetrabis, quæ Regula ipsa de eis
tradit; ipsaque lectio maiorem in te feruorem excitabit, ad eandem pro-
curandas.

SED in genere S. Augustinus tetigit spirituum ac sensuum varietatem,
quibus perlegendæ sunt Regulæ: nunc spiritu compunctionis & lacryma-
rum aspiciendo in eis tanquam in speculo multitudinem & grauitatem pec-
catorum, & defectuum nostrorum, ob earum transgressionem. Eum in mo-
dum, quo b. stebat omnis populus Israel, cum audiret verba legis Dei. Et c. Rex Is-
raëls cū audisset verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua, præ dolore: adgressus
ex eius lectione culpas admissas contra eam; & pœnas quas in eo Deus tur-
nabatur. Neque est præter rem consilium illud, vt quando Regulæ legun-
tur, aliqua pœna sese quisque eo die afficiat, ob culpas quæ aduertentur
contra eas admissæ; aut saltem ad finem hebdomadæ, aut mensis, quando
omnes erunt perlectæ. Feruens enim Religiosus statim atque culpam ab-
uertit, dolet, ac tristatur. d. tristitia autem qua secundum Deum est; panitentiam
(vt ait Apostolus) in salutem stabilem operatur.

Hic spiritui valde affinis est spiritus humilitatis & cognitionis superflua-
us, erubescens cum Regula legitur, de suis imperfectionibus; & cogitans,
quàm multum sibi desit ad perfectionem, quæ in ea est depicta. Licet quæ
tibi cogitare: cum eam legi audis: Dominum nostrum per os legentis dice-
re tibi quod dixit Ezechiel: Tu fili hominis, ostende domui Israel templum, &
confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam suam: & erubescant
omnibus quæ fecerunt. Quid autem aliud est Regula in charta scripta, nisi que-
dam idæa & effigies sanctitatis; qua Religiosi, qui sunt viua Dei templum
ornati esse debent: Hæc igitur idæa sic picta ac descripta, ostenditur eis in
regulis septimanis, aut mensibus: vt confundantur de defectibus in Regula-
rum transgressionem; & conentur eam reparare. Et vult, ipsos metiri hanc fa-
bricam; vt bene assequantur latitudinem, & longitudinem; altitudinem

b. 1. Esd. 8. 9
c. 4. Reg. 22.
11.
d. Co. 7. 11
c. Ezech. 43.
10.

et profunditatem virtutum, quas Regula proponit: vt erubescant videntes, se tam procul distare ab eis; & simul animum sumant seseque extimulent ad eas procurandas: ædificantes in animabus suis pulcherrimum templum. hinc exemplari omnino conforme.

Hic alius est finis, & scopus respicientis in lectione Regularum: vt audientes, fabricam nostram metiamur, ad videndum quid nobis desit, & festinemus, vt illud assequamur, & totum ædificium perfecte absoluamus. Nihil enim aliud est Regula paupertatis Religiosæ, quam idæa quædam sive figura depicta, aut delicta viæ paupertatis, in anima nostra ædificande quam idæam cum legeris, meriti debes quatuor eius partes. *Altitudo* eius, est imitatio Christi in cruce nudi; *latitudo*, est nuditas in omni genere rerum temporalium; *longitudo*, est perpetuitas & continuatio per totam vitæ spatium; *profunditas*, est sui ipsius contemptus tanquam veri pauperis, digni, qui ab omnibus contemnatur. Et in progressu huius mensuræ aduerte debes, quid tibi ad eam desit; & excitari ad eam implendam, non abijciedo animum, quamuis multum desse videas. Deus enim, qui tibi dedit, quod habes: reliquum dabit, quod cupis: modo gratias & gloriam pro omnibus ei reddas firmiter credens, quod sicut ipse est, qui illam idæam delineaui: ita idem est, qui præcipue ædificium sit perfecturus. Et quemadmodum ipse ponit ob oculos exemplar & materiam virtutum: ita idem est (vt Ieremias ait) *qui in corde eorum eas scribet*: ac proinde ad eum recurrendum est in orationibus, cum cogitas & agis. de eis in te exprimendis, diceas cum Davide: *Docce me facere voluntatem tuam quia Deus meus es tu*. Gubernator, & Saluator meus. Et cum eam doceas me per Regulas, adiuua quoque tuâ gratiâ ad eas obseruandas. Alia documenta alicuius momenti ad legendum valde sacros & pios libros posuimus in Duce spirituali: qui vsui etiam sunt ad lectionem Regularum. Quæ, quod à sacro Euangelio profluxerint, merito legi debent cum ea reuerentia, attentione, ac deuotione, quam id promeretur, quod ex fonte adeo nobili, & excellenti promanat.

(..)



Exemplum. Ier. 31. 33. gP. 142. 10. Tract. 2. c. 2.

CAPVT III.

PRÆCIPVVS VOTORVM ET REGVLARVM SCOPVS est affectus
*perfectionem Charitatis in supremo gradu, qui celestem vitam imi-
 tatur, & mortificat terrenam.*

Collat. 1. c. 2.
 § 4.

a Ro. 6. 12.

b Gen. 17. 11.

c Ephe. 4. 13.

Opus. 8. de
 perfect. c. 1.

QVI CVPIVNT VOTA SVA ET REGVLAS maxima, qua
 possunt excellentia, seruare: ante omnia conijcere debent oculos
 (vt ait Cassianus) in eum finem, quem per hæc media assequi stu-
 dent; & in scopum, quod suam intentionem dirigunt: qui in ipsis
 Regulis est præscriptus. Qui, absque vllò dubio, est ascendere &
 peruenire ad sublimitatem puritatis & sanctitatis, quam Apostolus a *fructum*
 appellat *sanctificationis: cuius finis est vita aterna.* Hæc sanctitas est, quæ abso-
 lute vocatur perfectio; & consistit in charitate, quæ est vita, forma, & pul-
 chritudo animæ, & reliquarum omnium virtutum: sine qua nullus est, nec
 in oculis Dei vocari potest plene perfectus quamuis in fide, in scientijs, &
 gratijs gratis datis; & in reliquis studiosis operibus emineat. Et quo passim
 Charitas hæc crescit, augetur & sanctitas, & perfectio, & ipsum *perfecti* cog-
 nomen, iuxta illud, quod Abrahamo dixit Deus: *ambula coram me, & eris*
perfectus. Non dixit esto perfectus in hac vel illa re; sed *esto perfectus* in imitatio-
 ni ei, quod talis esse deberet in rebus omnibus media charitate, quæ omnes
 complectitur. Nam coram Deo, nec iter, nec progressus fit verius cœlum,
 nisi gressibus diuini amoris. Qui si desit: omnia sistunt, & hærebunt absq; vllò
 merito. Id enim insinuauit Apostolus, cum dixit: *veritatem facietes in chari-
 tate, crescemus in illo per omnia, qui est caput Christus,* in virtute scilicet Chri-
 sti, & qui est caput nostrum crescemus in Charitate, & in rebus omnibus ac vir-
 tibus; & actionibus quas faciemus: quarum vita & anima est Charitas. Quæ
 duos habet excellentissimos actus, & vterque spectat ad perfectionem; et
 quæ finis & scopus votorum ac Regularum, licet non in eodem gradu. Per-
 fectissimas & nobilissimas actus, in quo præcipue consistit perfectio, (vt ait
 Angelicus Doctor) est amor Dei super omnia Ad cuius alimentum & incre-
 mentum dirigunt Regulæ exercitia illa, quibus spiritus Religiosi cum spiri-
 tu Diuino coniungitur: est quæ intimè ligatur & vnitus Deo suo cum inten-
 tione purissima eius gloriæ, & familiaritate cum Diuina eius Maiestate, cum
 cuius voluntate suam habet valde vnitam & conformem.

A nobilissimo hoc actu secundus procedit, amor scilicet proximi pro-
 pter ipsum Deum: in quo, & propter quem Religiosi profitentur se inui-
 cem amare, & inter seiplos vno eodemque spiritu Dei ita vnitos esse: vt alter

alterius

alterius onera portent; & sic melius adimpleant legem Christi, quæ lex est veri amoris. Ad cuius conseruationem constituunt etiam Regulæ multa documenta & ordinationes magni momenti. Ad remouenda autem impedimenta huius Charitatis, duorum que eius actuum, constituunt Regulæ varia mortificationis exercitia, tam in materia ipsorum votorum, quam rerum aliarum. Nam, vt Sanctus Augustinus dixit; cupiditatis imminutio est charitatis incrementum. Quare sublato impedimento, quod aderat, per mortificationem, & mortem cupiditatis sequitur propensionem suam ascendendi & crescendi vsque ad vltimum, quo possit peruenire. Et hæc ferè est summa rerum omnium, quas Regulæ & Constitutiones Religiosæ complectuntur; eas que sensim declarabimus iuxta ea, quæ omnibus Religionibus sunt communia. Nimis enim prolixum esset, cuiusque particularia adferre: & aliàs erit facile hæc intelligere exijs, quæ in genere de omnibus dicentur.

Lib. 27. q. 9. q. 36.

§. I.

INCIPIENTES igitur à Charitate, quæ omnium præceptorum Diuinorum & humanorum est finis: præmissis, quæ in primo tomo de Christianæ perfectionis celsitudine, quam omnes profitemur in Sacramentis Baptismi & Confirmationis, dicta sunt: vt intelligamus, quod est proprium perfectionis Religiosæ, est aduertendum: quod quemadmodum purissimus Dei amor radix est, principium, finis, ac motuum amoris proximorum, & nobis est primum ac supremum omnium præceptorum: ita etiam est prima Regula & mensura perfectionis Christianæ, ac Religiosæ. Et sicut hic amor quatuor habet gradus: ita quatuor sunt perfectionis gradus, quos mirifice explicat Angelicus Doctor in opusculo, quod de hac materia scripsit; & respondent quatuor gradibus virtutum, quas antiqui Philosophi proposuerunt, & appellarunt *exemplares, purgati animi, purgatorias, & politicas*. Et, vt idem S. explicat: primæ sunt propriæ Dei, quæ sunt *exemplar Angelorum & hominum*; secundæ pertinent ad beatos, qui ab omni genere vitij & imperfectionis sunt mundi; & propterea appellantur *purgati animi*; tertiæ ad eos spectant, qui continuè magis ac magis *purificantur* eo animo, vt quotidie magis ac magis ad Diuinam similitudinem accedant: quemadmodum Religiosi profitentur; vltimæ, quas *politicas* vocant, sunt quas ordinariè habent homines; & vulgus Christianorum exercet. Hunc in modum primus Diuini amoris gradus & exemplar est, diligere Deum, quantum ipse est diligibilis: ita vt amor ipse sit ipsius bonitati æqualis. Et cum ipsius bonitas & pulchritudo sit infinita, ita amor sit infinitus. Et hic gradus est pro-

T. 2. c. 6.

Opusc. de Perf. c. 3. & sequentib. Vide Bellar. tom. de Monach. 2. 1. 2. q. 61. A.

1.

D d d d 3

prius



prius solius Dei, qui seipsum amat quantum potest, & quantum dignus est amari. Et hoc amore diligunt se tres Diuinae personae, quae sunt infinite perfectae cuius perfectio est exemplar nostrae, eo modo quo potest creatura suum imitari Creatorem, iuxta ipsius Saluatoris sententiam dicentis: *in uos perfecti sicut & Pater uester caelestis perfectus est: faciendo scilicet quicquid possibile est, ad eum imitandum, ut suo loco explicuimus.*

a Mat. 5. 48

2.

Tom. 1.

Tract. 2. c. 6

Lib. de perf.
Iustitia.

S. Tho. 2. 2.

q. 44. a. 6.

Et q. 184. a. 3.

b. Deut. 6. 5.

Mat. 22. 37.

c Mat. 6. 10

d Phil. 3. 12

3.

S E C U N D U S perfectionis gradus est, diligere Deum quantum est possibile ut creatura actuali & continuo amore eum amet, non separando ab ipso nec cogitationem neque affectum; neque ullum sentiendo motum amoris aut cupiditatis inordinatae ad rem, quae illi displiceat; sed summum repetendo gaudium, quod continue se occupet in rebus, quae illi placeant; & impleat quicquid ille uult. Et hic gradus est proprius Angelorum & beatorum spirituum. Quos dicit Sanctus Augustinus implere integre quod primum & supremum Diuinae legis mandatum continet, scilicet, *b diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima, spiritu, & uiribus*: quod tamen etiam proponitur mortalibus tanquam exemplar amoris, quem ad suam Creatorem habere debent; & ita qui adhuc in hoc mundo uiuunt, studeant perfectionem imitari habitantium in Paradiso, iuxta eiusdem redemptoris sententiam iubentis dicere quotidie in oratione Dominica: *c fiat uoluntas tua, sicut in caelo & in terra.* Hoc est cum ea perfectione, qua cum implent qui facie ad faciem uident iam ipsum Deum. Ad hanc perfectionem aspirabat Apostolus, cum dicebat: *d nondum accepi quod spero, nec sum iam perfectus: sequor autem, si quomodo illud comprehendere pro uoto meo potero.*

Ex quo fit, ut **tertius gradus**, qui ad hunc magis accedit, consistat in diligendo Deo quantum creaturae in hac uita morali est possibile: repellendo a se omnia Diuini eius amoris impedimenta. sequere omnino consecrando sui Creatoris seruitio. Et hic est proprius sectantium perfectionis status: iam Religiosorum, qui ad hanc amoris celsitudinem procurandam se mancipant; quam Episcoporum, qui merito debent iam eam habere. Et in hoc gradu eo Religiosus erit perfectior, quo magis ab ipsa radice hanc euulserit impedimenta, reiiciendo a se res omnes & affectus, quibus per tria uota; iuxta suas Regulas, renuntiavit; & aspirando ad implendum perfecte quod amoris praecipuum exigit; & occupando spiritum suum, animam, sensus, & uires omnes in ipso Deo semper diligendo: cum recenti memoria tenendo, eiusque uoluntatem opere exequendo: non solum in seruandis eius praecipis, sed etiam amplectendis consilijs, quasi persona huic tantum et prorsus dicata.

4.

I N F I M U S gradus consistit in eodem Deo diligendo, quantum necesse est ad illi placendum, & nunquam offendendum: ita, cum super omnia a-

uando

mando, vt nihil plus quam ipsum, imò neque tantùm diligamus: sed reijciamus à nobis, quicquid huic amori aduersabitur. Et hic perfectionis gradus est omnibus iustis communis, de quo dixit Sanctus Ioannes: *e Quis seruat verbum Dei, verè in hoc Charitas perfecta est.* Quamuis, si hæc charitas cum tertio gradu conferatur, sit eo imperfectior: vt aperte constat ex responso Christi Domini nostri dato ei, qui tota vita sua mandata custodierat: *f Si vis perfectus esse, vende quæ habes. &c.* Aperte enim significauit, eum non esse perfectum: medium autem, vt perfectus euaderet, esse, facere, quod insinuabatur nos & in tertio gradu diximus. Nam statim atque res omnes, dimiserit, & impedimenta, quæ illæ adferunt, remouerit: incipiet (ait Origenes) speculatio Dei, adducere eum ad omnes virtutes, sustollendo eum per gradus suos ad eam perfectionem & culmen.

§ 2.

EX PRÆDICTA doctrina deducunt Sancti Patres celsitudinem perfectionis, quam Religiosi profitentur in prædicto tertio gradu accedentes magis ad secundum & primum, quos habent quasi exemplaria, quæ imitentur. Id affirmat S. Bernardus dicens Monachis de monte Dei: Altissima est perfectio vestra, quæ cælos transgreditur, & Angelis est æqualis, & similis Angelicæ puritati: non enim solum omnem sanctitatem promissistis, sed perfectionem etiam eius totius, & vltimum culmen totius perfectionis. Non satis vobis est custodia communium præceptorum, nec aspiciere solum quod iubet Deus; sed etiam attendere, quid ille velit: approbantes Diuinam eius voluntatem bonam, bene placentem & perfectam. Sed qui fuit hoc declarauit, fuit Sanctus Basilius, discurrens per excellentias & magnalia Angelorum, & spirituum beatorum: vt ex eis perfectionem deducat Religiosorum propriam. Et totum postea collegit breui hac vitæ Religiosæ definitione: Abrenunciatio est transcriptio cordis ab humano viuendi ritu, ad eum qui in cælis est: ita vt dicere possimus: nostra conuersatio in cælis est. præsupponit enim magnus hic Pater, præter sæcularem viuendi modum, qui est peccatorum proprius, esse duos alios in Ecclesia, ortos ex duobus vltimis prædictis gradibus charitatis: altero humano, altero cælesti. Humanus admittit res omnes licitas & hominibus permittis: quale est diuitias possidere, coniugium contrahere, prudentia propria seie gubernare, & similia: quæ ex his sequuntur sanctæque pondera, quæ charitatis votatum retinent, quasi ad pedes aquilæ duo plumbea pondera aligentur: cum quibus etsi volare possit, non tamen tam altè, nec tanta velocitate, atq; si illis careret. Modus viuendi cælestis omnibus his rebus, quæ sunt Spiritui graues renuntiat, (quasi ablati aquilæ ponderibus plumbeis)

& relin-

e. 1. Ion. 2. 5.

f. Mat. 19. 2.

Hom. 8. in
Matth.
S. Tb. 2. 2. q.
183. # 1. ad 2.De Const.
Mona. 4. 19.
Regula 2.
ex Eufis.
Phil. 3. 20.

& relinquit liberam Charitatem: vt maxima, qua potest, celeritate volans, ad supremum cœli culmen ascendat; Deumque diligat, sicut ibi diligitur; & faciens quicquid possibile est, vt imitetur magna illa, quæ ibi resplendent; Contemptum scilicet diuitiarum & honorum temporalium; puritatem absque vltu matrimonij; integram subiectionem & obedientiam Deo in rebus omnibus; continuam in Diuinis laudibus occupationem, summam omnium & mutua coniunctionem; non tamen negligens propterea curam hominum in mundi periculis existentium, sed accedens, quâdo Deus vult, ad eos iuuandos in via cœlesti. Et hæc est transcriptio quam efficit in Religiosis perfecta Charitas, virtute inspirationis Diuinæ: cuius sunt mutationes adeo admirandæ, propter quas quidam Sancti Iob amicus dixit: *hæc per hoc expansit cor meum, & motum est de loco suo.* Locus cordis (ait Sanctus Gregorius) est voluptas præsentis vitæ, cui valde afficitur: tactum tamen Diuina inspiratione, ad alium locum mutatur, ad amorem scilicet vitæ æternæ: transferens suos affectus à temporalibus ad æterna; & à visibili hoc mundo ad id, quod est inuisibile. Et sicut scriptura dicit de Henoch: *ambulauit cum Deo, & non apparuit:* in hoc scilicet mundo: quia tulit eum Deus ad alterum non degustata morte; & posuit in paradiso, vbi vitam ducit sanctam, & quietam vsque ad constitutum tempus. Ita (ait Cassianus) perfectus Religiosus ambulat semper cum Deo, non auertens oculos ab eo quod illi placet. Et non apparet in deprauato hoc mundo, à quo Dominus noster eum eduxit, & *transtulit in regnum filii dilectionis suæ*, paradysum scilicet Religionis: ne degustet, si voluerit, mortem peccati, nec sæculi huius amaritudines: sed viuat vitam quandam pacificam, quietam & sanctam: ad similitudinem eius, quæ ducitur in cœlo. Ac si mentis habitu (ait Sanctus Basilus) veluti in alium mundum commigrauerimus, inuisibilem scilicet & beatissimum.

HINC FIT, vt quemadmodum qui ab vno regno in alterum valde dissimile transit eo animo, vt perpetuus in eo sit ciuis, non amplius in patriam suam rediturus: dat operam, vt etiam idioma & habitum suæ nationis mutet, ne aduena & peregrinus habeatur; & conatur iura & consuetudines seruare regni illius, in quo habitat: quia secundum ea est iudicandus: etiam bonus Religiosus, qui ex huius mundi regno ad Christi cœlestem migrat: vt in eo, *non vt hospes & aduena, sed sicut ciuis & domesticus Dei*, habeatur in societate Sanctorum eius; studet obliuisci phrasim hominis veteris, & adami terreni; & discere magna arte & industria phrasim hominis noui, & adami cœlestis. Quisque enim ita loquitur, sicut ipse est: *inquit Saluator noster de terra loquitur; & qui est de cœlo loquitur cœlestia.* Homo itaque terrenus libenter loquitur de rebus mundanis ac terrenis.

h Iob. 37. 1.
ib. 27.
nor. 4. 9.

Gen. 5. 14.
Iob. 11. 5.

Coll. 3. 6. 7.

Colos. 3. 13

Reg. 3. ex
Eus. 1.

I. Ephe. 2. 14

m Ion. 3. 31.

nis; cœlestis autem de cœlestibus ac Diuinis. Parum est, quod Religiosus non loquatur phrasim hominis veteris; quæ (vt Sanctus Bernardus ait) est arrogantia, & murmuratio: nam de se loquitur cum iactantia; de alijs autem male & cum contemptu: quia iusti huius sæculi ad id quodam modo videntur adstricti: ipse autem Religiosus vltius progredi debet, vt semper loquatur selecto noui hominis idiomate: de quo loquitur Apostolus, cum ait, quodd loquendum sit semper cum Deo, aut de Deo, aut de rebus ad bonum proximi spectantibus pro gloria solius Dei. *n loquentes, vobismet ipsi in psalmis, & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt vitæ mutatio per ipsam linguam manifestetur.* Etiam hæc vitæ mutatio est manifestanda mutatione habitûs: non tam exterioris, vt ille sit rudis huius coloris, aut figuræ talis; quàm habitu virtutum, quæ tegunt & exornant corpus & animam, o expoliantes (vt ait Apostolus) *veterem hominem cum alijs suis, & induentes nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis* Præcipue verd induenda sunt viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam; & super omnia, opera ipsiusmet Charitatis. Et quamuis harum virtutum habitus eidem sint in omnibus iustis, siue sæculares sint siue Religiosi: sicut tamen ex eodem panno diuersæ valde fiunt vestes, ob formarum varietatem; aut ornamentorum elegantiam: ita etiam si virtutes, quæ ad substantiam sint eadem in omnibus iustis; & ex hoc omnes appellentur q *homines cœlestes*, ad imitationem *Adami cœlestis*. Religiosi tamen multo maiorem habent excellentiam, propter varios consilij actus, quibus illas exornant: vt similes sint illis, quibus cœlestes ciues se induunt; & eodem modo calceos mutant, deponentes antiquos, affectuum scilicet ad res huius mundi mortuas. *r Terra enim in qua stant* (vt dictum est Moysi) *est sancta*: ac propterea non possunt in ea esse nisi pedes tegant *lambino* affectuum cœlestium. Perpendit valde Sanctus Dionysius, quod Diuina scriptura proponat Cherubinos ac Seraphinos, qui amore ardent, nudos ac discalceatos, proptijs tamen alijs coopertos. Nam duabus tegunt n edium corpus, vsque ad pedes; alijs verd duabus reliquam medietatem vsque ad caput. Vt significetur, eos, qui Dei amore ardent, sunt que homines cœlestes in vita, profiteri summam rerum omnium temporalium nuditatem; discalceantes se etiam inordinatis affectionibus ad res terrenas. Pro habitu tamen proprias habent alas, quæ sunt virtutes. Alijs tegunt caput, & superiorem spiritus partem, quæ est intellectus & voluntas: fide scilicet, prudentia, & sapientia; spe, Religione, iustitia, misericordia, & alijs similis. Nota: alijs virtutibus tegunt pedes, & inferiorem animæ partem; appetitiones sensuales: temperantia scilicet,

Serm. 30. 6
paruorum.

n Eph. 5. 19.
Colos. 3. 16.

2.

o Col. 3. 9.
p Eph. 4. 22.

q 1. Cor. 15.
47.

r Exo. 3. 5.
1 Eze. 16. 10.
Cap. 15. de
Cœlest. Hier.
Isa 6. 2.
Vide Prædā
in Ezech. 1.



castitate, modestia, fortitudine ac reliquis moralibus, quæ passiones coë-
cent. Et vtræque sunt in eorum cordibus defixæ, quibus adherent sicut alæ
t Escl. 3. 1. ipsi aui. ac propterea Ecclesiasticus dixit: *Iustorum nationem esse obedientiam
ac dilectionem*: ita insinuans, huiusmodi virtutes esse quasi rationales propo-
siones, & quasi connaturales nationi iustorum propter longam earum exer-
citationem. Et quoniam Deum diligunt, nunquam has vestes exiunt, quæ
u Sobb. 1. 2. status eorum sunt propriae. Deus enim summè irascitur (ut quidam P. ophie-
ta dixit) in eos, *u qui induti sunt veste peregrina*. Peregrinas autem iudicant,
non solum eas, quæ à professione Christiana degenerant, sed etiam, quæ sunt
alienæ à Professione Religiosa.

DENIQUE Religiosi, ut mutationem suam concludant, mutant, iura &
leges gubernationis: renunciant enim iuri sæculi, & legibus carnis, quæ præ-
ceptis & consilijs Euangelicis aduersantur. Faciunt enim, quod Apostolus
x. Cor. 10. 3 dixit: *x in carne ambulantes non secundum carnem militamus, sed secundum spi-
ritum* quia quisque Religiosus legibus illis gubernatur, quæ in sua Regula
sunt expressæ: illa enim eius est proprium forum. Et tunc extollitur, ut ait
S. Basilius ad suam conuersationem & familiaritatem in cælo habendam.
Alæ enim, quæ illum tegunt, celerem reddunt ad volandum; ita ut corpore
in terra degens, spiritu ascendat ad meditanda & contemplanda, quæ ge-
runtur in cælo. Angeli enim ostium illi aperiunt: quia delectantur cum eo
agere, qui tantam cum ipsis habet similitudinem; & ipsemet Deus ad fami-
liaritatem suam eum admittit: quia videt eum ad eò exutum impedimentis,
indutum verò pulchris ornamentis, quæ ipsum ad id iuuant: in his enim
omnibus magnitudinem ostendit amoris, quo Deum prosequitur.

CAPVT IV.

RELIGIOSA PERFECTIO ETIAM CONSISTIT *in continuo pro-
gressu & incremento mortificationis, & exercitationis reliquarum
virtutum, quas ipsa charitas urget, &
impellit.*

QUONIAM CHARITAS IN HAC VITA SEMPER perfici
potest: idè admiranda consilia & efficacitatem adhibet in que-
rendis medijs ascendendi ad culmen vitæ cælestis, quam deside-
rat: efficiens in ipsa anima cordiale desiderium & facit infa-
tibilem crescendi & proficiendi in obsequio Diuino, nullo con-
stituto termino aut limite huius desiderij. Quemadmodum enim a *seruus
a Pro. 30. 16. quam dicit: sufficit*: ita amor nunquam satiatur amando, & operando; sed
quotidie vellet proficere & excellere, nulla prætermissa sui profectus occa-
sione,

sione, magna aut parua; ideoque omnes virtutes ad id coniungit & excitat; & nominatim integram mortificationem sui ipsius & suarum facultatum, ac sensum in rebus omnibus, quæ illud incrementum impediunt; orationem, & frequentem cum suo Domino familiaritatem; cantando, aut orando, meditando aut contemplando; dexteritatem in bene examinandis & purificandis suis actionibus; & in vnaquaque coniungendis multis virtutibus, vt in singulis actionibus omnes crescant, humilitatem cordis, diffidendo sibi ipsi, soli autem Deo confidendo: cuius esse debet vniuersa gloria; ac denique constantiam & firmitatem in continuandis status sui exercitijs, cum omni plenitudine, quam illorum singula petunt. Ex his alijsque virtutibus adeo admirabile sequitur incrementum, vt ipsemet Deus, eius aspectu recreatus, dicat illud canticorum: *b Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe, & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij petiti, atque confecti?* In quibus verbis præclare proponitur prædicta celsitudo feruentis incrementi: quod anima Religiosa proficitur: cuius proprium nomen est: *quæ ascendit*: nam semper ab inferiori gradu ascendit ad altiore; à temporali ad æternum; à creaturis ad Creatorem. *c disponens* (vt ait Dauid) *ascensiones & incrementa præclara in corde suo.* Nam à custodia præceptorum ascendit ad obseruantiam consiliorum; & ab vno consilio ad alterum præstantius; à paupertate ad Castitatem; à Castitate ad Obedientiam; ab vno gradu Obedientie ad alterum excelsoiorem; & ab vna virtute ad aliam magis heroicam; pergens in hoc incremento quamdiu vivit *in valle lacrymarum in loco, in quo illum posuit Deus, in deserto scilicet sacre Religionis: quam vocat desertum, aut solitudinem: quia feruens Religiosus deserit ac reijcit quicquid potest ipsum ad ascensum adeo glorioso retardare.* Et (vt ait Sæctus Gregorius) quamuis corpore habitet cum alijs in hoc mundo: animo tamē ita vivit, atque si esset in deserto: euellens seipsum strenua ac vehementi mortificatione à personis & rebus, quas in sæculo habebat & à diuitijs, honoribus, ac voluptatibus: quæ affixum illum tenebant ad terram: & quod amplius est, quo modo potest, fugit seipsum, & carnem suam; vt secundum leges spiritus viuat. Ac propterea comparatur *virgula fumi* rerum fragrantium, ascendens per aërem, quasi fugiens terram & substantiam terrestrem, cui erat immersus; spargens suauissimum valdeque confortantem odorem, ob ingentem ædificationem, & admirationem, quæ huiusmodi ascensus adfert: in quo non minus elucet animæ humilitas, quam magna eius fortitudo. Ad significandam humilitatem dicitur, *ascendere sicut virgula fumi*: quæ (vt nota Rupertus) in specie videtur exigua; & licet multum crescat, videtur sibi parum crescere iudicat enim, se deformem & nigræ, sicut ipse fumus: cū in rei veritate sit famus fragrans: cuius color nõ offendit oculos Dei, & suavis eius odor

b Cant. 3. 6.

c Psal. 33. 6.

In cum locum.

Vide Mart.
Delrio. ibi.

eum placat, tanquam sacrificium, quo valde delectatur. Sed, ut eius fortitudo ostendatur, alia versio habet: *ascendit sicut columna, aut palma fumi*, quo significatur, ipsum crescere & ascendere recta instar palmæ, & firmiter, instar columnæ: ita ut nec venti tentationum in varias partes spargant, aut distrahant: nec eius in virtutibus profectum impediunt, sed ascensionis & incrementi huius palmam ferat. Ad hæc omnia plurimum iuvat myrrha mortificationis, & pœnitentiæ, & thus orationis vocalis ac mentalis: quæ adeo sunt in Religiosa vita frequentes. Ac propterea nominatim earum meminit, sine quibus conseruari non potest; cum illis autem suauiter & efficaciter conseruatur, crescit, & perficit ipsam mortificationem; quæ licet amara sit, præseruat tamen à culpis; carnisq; virorem consumit, ne spiritus volatum impediatur. Orationi ex officio (ut ait Sanctus Ioannes Damascenus) incumbit: ut sit ascensus spiritus ad Deum; in cuius conspectu se colloquet, ad vires necessarias cum gemitibus obtinendas, ad reliqua exercitia Religiosa; aut ad contèplanda & meditanda mysteria Diuina; ut suauitate, quæ in oratione percipitur, dulcescat mortificationis amaritudo. Cum hac myrrha & thure coniungi debent reliqui pulueres fragrantis reliquarum virtutum tritarum & contularum in modum gummi, donec in pulueres redigantur.

bi. & lib. 1.
nota. c. 19.

NAM (ut ait Sanctus Gregorius) vir feruens non aggreditur, aut suscipit virtutum opera confusus; sed magna discretione ac prudentia examinat, & penetrat omnia, respiciens finem, tempus, & locum, reliquasq; circumstantias: quas opera illa habere debent; nulla, etiam paruula, prætermittenda. In cuius rei figuram iussit olim Deus, ut d *thymiana*, quod erat mixtum ex myrrha, thure & aromaticis alijs speciebus, valde puris ac nitidis, conuideretur usq; ad tenuissimum puluerem; & hoc modo poneretur coram tabernaculo testimonij, ut suo tempore in ignem mitteretur thuribuli. Qua ratione significabat: tunc maxime sibi placere opera nostra, cum in eis variæ virtutes miscentur, & coniunguntur: bene examinatis & ad particularia deductis, quæ ad singula pertinent. Quare quodcunque opus Religiosus perfectus præstet, esse debet tanquam thymiana quoddam, & mixtura myrrhae, thuris, & vniuersi pulueris fragrantis. Ita ut siue ieiunet, siue cantet; studeat, aut concionetur: in omnibus debet splendere mortificatio, Oratio, Obedientia, patientia, humilitas & fortitudo, zelusq; proprii profectus ac perfectionis, & in singulis operibus creuetur in omnibus virtutibus: quia omnes comitantur singulas.

d Exo. 30 35

Sed hoc totum vnde tanquam ex origine provenit, nisi à feruente charitate, quæ est sanctuarij ignis, quæ offeruntur Deo omnia sacrificia, ac thymiamata? nam quemadmodum pulueres fragrantis neque ascendunt,

neque

neque odorem emittunt, nisi conijciantur in prunas, quarum igne subtiliores reddantur; & afflant suauiolentem fumum; & hoc modo sensim ascendunt: ita omnia opera studiosa non possunt ad caelum ascendere sine charitate: sine qua apud Deum nec meritum ullum est, nec incrementa; nec alicuius sunt momenti res etiamsi aliam valde videantur splendide. Siquidem, ut Apostolus dixit *Si linguis Angelorum loquar, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest*: ut vitam aeternam promerear. Et fumus ex his flammis proveniens ordinariè non est fragrans, sed inanis: fumus enim erit Vanitatis, cuius radix & origo est pestilens ignis amoris proprii, expellens ex anima ignem amoris Divini. Si tamen hic ardeat in prunario & thuribulo cordis cum accensorum affectuum prunis, purificat & attenuat omnia virtutum opera: ut tanquam fragrans odor ascendat in caelum. Tunc mortificationis myrrha fragrantiam suam spargit, & thus orationis ascendit, & pervenit ad conspectum Dei; Obedientia ordinarium terminum transcendit, crescit patientia, eminet castitas, & omnes splendentes virtutes ob stupendam conjunctionem, quam efficit in eis charitas. Non ascendunt aut crescunt tumultuariè, & cum aliquo impetu; sed sicut virgula fumi sensim ascendens, & ita continuè, donec tota mixtura consumatur, ex qua prodit. Perfecta enim charitas, etsi feruens sit, non tamen est furiosa; sed prudens valde ac ordinata; disponens ascensiones moderatè & per gradus suos, quamvis valde instanter & continuè pergat in bonis operibus, donec cum omni perfectione eas perficiat.

Necessè tamen est induere nos generosum quoddam & magnanimum cor: quicquid enim est excellens, & praeclarum, simul est difficile; & quod pretiosum, rarum. Et in ipsa Religione etiam invenitur vulgus: sed quod in ea est electum, adèd est admirabile, ut iure optimo de sancta hac congregatione Angeli dicant: *Quae est ista, quae cum vulgo habitans, ambulat tamen quasi per desertum? & induta carne valde onerosa, summa celeritate in altum ascendat? quae est ista, quae ita novit myrrham cum thure familiariter coniungere, amarum cum dulci, orationem cum mortificatione, & cum his virtutum multitudinem: nec tamen labore & cura eas coniungendi defatigetur?* Quae est ista, cuius cor est quasi prunarium, aut caminus: in quo semper ardet ignis sanctuarij, qui est Divinus amor; & disponit suas continuas ascensiones usque ad caelum, quasi fumum magni & fragrantis odori; cum tanta humilitate: ut se reputet virgulam; & cum tanta fortitudine: ut sit quasi solida columna, & palma? opus hoc, Deus meus, est tuae supernae omnipotentiae, ad ostendendam tuae gratiae efficacitatem in creatura adèd debili, qualis est humana natura. Sed tua esse debet ascensionis hu-

et. Cor. 13. 1

Perfecta
charitas
Constanter
pergit
in bonis
operibus.

Tract. 4. c.
12. § 13.

§ Psal. 83. G.

Hypo-
ritæ.

§ 1. Cor. 8. 4

ius gloria; tuoque auxilio omnes magnum concipiemus animum, ad eam perficiendam. De hoc in virtutibus proficiendi modo, cum omnibus Christianis sit communis, fusc actum est in libro Ducis spiritualis, ad quem nomen remittimus Religiosum Lectorē. Ibi enim etiam inueniet, quod Status eius est proprium, & innititur sententiæ Dauidis, dicentis Deo: *Beatus vir, cuius est auxilium abs te: qui ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum in loco in quo fuit positus: Etenim benedictionem dabit Legulator, ut eat de virtute in virtutem: donec videat Deum Deorum in Sion.* Ex quibus verbis caelesti luce bene perpenſis, aduertent valde ignaui in Religione, radices & causas, cur tantum parum in virtutibus proficiant: alij quod non in corde, sed in operibus, & cæremonijs externis crescant, contenti cum ijs, quæ homines vident, & quod bonum apud eos nomen habeant. Quod non est ascensiones disponere in corde proprio; sed forte in alieno. Alij, quod omnes suas cogitationes ponant in eo, vt studijs & exercitijs scientiarū interius crescant in intellectu: obliuiscunt affectuum cordis, in quibus virtutes consistunt. Et quemadmodum primi solūm crescunt, sicut hypocritæ, in externa specie: ita secundi, non aliter crescunt, quā hydropici, haurientes multam aquam scientiæ, de qua Apostolus dixit: *scientia inflat, charitas verò adificat.* Alij parum proficiunt; quia non attendunt, nec cogitant, vt proficiant in valle lacrymarum, sed in valle deliciarum. Idque faciunt, vel quod sint valde addicti delitijs, & voluptatibus carnis; & solatijs, corporisque commoditatibus; fragientes quicquid est penitentiæ, mortificationis, & crucis Christi; aut quod minimum afficiantur delitijs spiritūs: nec Deum quærant propter ipsum, sed propter suam delectationem; nec ita se dedant exercitijs contritionis, ac doloris peccatorum, humiliationis, & confusionis propriæ: atque meditationibus rerum iucundarum ac delectabilium: quæ quamuis in se sint valde vtilis: non tamen pro ijs sunt tales, qui proprio amori sunt dediti. Et cum non ædificent super firmam propriæ cognitionis petram; sed super mobilem & inflabilem arenam propriarum sensuum delectationum: que non durant, sed accedunt & recedunt: ita progressus & incrementum ipsorum nec firmum est, nec solidum; & quocumque tentationis vento flante, homo deijcitur in terram. Alij etiam non progrediuntur, eò quod non velint id facere in loco vbi Deus illos posuit; aut quod non sint quieti & constantes in sua vocatione & Religione, ad quam fuerunt vocati: existimantes, se amplius ascensuros in alia; aut quod in ipsa Religione quidem manserunt, non tamen quieti sunt in monasterio, aut officio, & occupatione; in quibus ab obedientia collocantur: quia existimant se in alio loco, aut ministerio maius solatium & vtilitatem habituros. Ex quo fit, vt alij non proficiant.

ciat

ficiant: eò quòd non disponant suas ascensiones iuxta leges & Regulas à Legislatore propositas: cuius est aliàs benedictionem dare & auxilium: vt vere odediens, qui tales leges & ordinationes sequitur: eat de virtute in virtutem: eandem tamen benedictionem negat ijs, qui proprio iudicio, propriaque voluntate, aut aliis ratiocinationibus, ab Instituto & Regula suae Religionis alienis volunt gubernari. Alii denique non crescunt, eò quòd ex indiliceto seruore nolint ascendere de virtute in virtutem, paulatim & per suos gradus progrediendo; sed vno impetu & tractu contendunt ad supremum omnium culmen salire; & fieri priùs Magistri, quàm boni fuerint discipuli, & sese statim dedere actionibus Mariæ, nondum exercitati in actionibus Marthæ; & multũ progredi in oratione, nõ cogitantes de profecta in mortificatione: quæ gradus est ad illam. Ingradere igitur, vir Dei, intra te ipsum ac diligenter examina: quænam ex his sex radicibus sit in te causa non proficiendi, sicut optares, in perfectione, quam profiteris: & stude, valde se nõ eam, quã inueneris, mortificare & euellere: disponendo ascensiones tuas iuxta hæc documenta, quemadmodum in citato loco ea explicuimus: & sequendo omninò supremi legislatoris iussa & Regulas: sic enim licebit ab eius bonitate & liberalitate certò sperare copiosam benedictionem, & auxilium ad h. ascendendum de virtute in virtutem, donec videatur clarè Deus Deorum in Sion.

CAPVT V.

FINIS ET SCOPVS RELIGIOSI IN OBSERVATIONE *votorum*
est viuere modo quodam, mundo ipsi aduerso; simili verò, modo, quo Christus vixit: & variis mortificationis gradus, quos Regula ad id commendant.

UM MORTIFICATIO, vt vidimus, sit instrumentum & vniuersale medium, ad acquirendas & augendas virtutes in gradibus perfectionis, quos vnaquæq; exigit: ac propterea Spiritus sanctus, cum hanc ascensionem & incrementum commédaret, primo loco eam collocauit, dicens: Quæ est ista quæ ascendit sicut virgula fumi a ex aromatibus myrrha: vt in proximo cap. dictum est. Hinc est, quòd cupidi multum proficiendi in virtute, præcipue debeant respicere, vt multum proficiant in mortificatione; maiori tamen cura in quinque illis gradibus, qui sunt obseruationi votorum intimè coniuncti, & quorum facta est mentio supra, ita vt non desistant, donec ad supremum finem, in quem omnes diriguntur perueniatur: viuere sc. modo quodam, è diuinitate repugnante ei, quem mundus seruat; sed ei valdè simili, quo vixit Christus. Finem hunc mirificè declarauit N. P. S. Ignatius in Regula quadam quam subiiciam: quamuis enim mens mea non sit, Societatis nostræ Regulas

Paulatim longius i. tur.

h Psal. 83. 8

a Cant. 3. 6.

Tract. 6. 6. 2.

Re: Sum-
marij Exa-
minu.

Simile.

gulas, sicut nec aliarum Religionum explicare: visam tamen nobis est, hanc declarare, eò quòd sit omnibus communis, sicut ipsa votorum custodia; & ut doctrinam tradam maximi momenti, & in vita spirituali valde preciosam, in qua cum nostris loquens sic ait: Diligenter animaduertant oportet (magnificiando, summiq̄ue momenti id esse ducendo in conspectu Creatoris ac Domini nostri) quantopere iuuet, ac conferat ad vitam spiritualis profectum: omninò, & non ex parte, abhorrere ab omnibus, quæ mundus amat, & amplectitur; & admittere, & concupiscere totis viribus quicquid Christus Dominus noster amavit, & amplexus est. Quem admodum enim mundani homines, qui ea, quæ mundi sunt, sequuntur diligunt, & quærunť magna cum diligentia, honores scilicet, famam, magni nominis existimationem in terra, sicut mundus eos edocet: sic, qui procedunt in spiritu, & serió Christum Dominum nostrum sequuntur; amant, & ardent exoptant, quæ ijs omninò contraria sunt: indui nimirum eadem veste, ac insignibus Domini sui ipsius amore, ac reuerentia; ad eò ut, si sine offensione vlla diuinæ Maiestatis & absque proximi peccato foret: vellent contumelias, falsa testimonia, & iniurias pati, ac stulti haberi, & existimari (nulla tamen ad id per eos data occasione); eò quòd exoptant assimilari, ac imitari aliquo modo Creatorem ac Dominum nostrum Iesum Christum, eiusque vestibus, & insignibus indui: quandoquidem illa ipse propter maiorem profectum nostrum spirituales induit, nobisque exemplum dedit, ut in omnibus, quo ad eius fieri poterit, diuina gratia aspirante, eum imitari, & sequi, cum vera sit via, qua ducit homines ad vitam, velimus.

Hæc est doctrina cælestis, quæ meritò esse deberet insculpta in cordibus omnium Religiosorum, profitentium, se mundum fugere, tanquam hostem; recipere verò se ad scholam Christi Domini, cuius imitatio eos obligat, ad detestandum & contemnendum, quod mundus amat, & magis facit. Idque non tantum in parte aliqua; sed omninò & vniuersim: quælibet enim eius pars est valde periculosa; & qui partem vnã admittit; facile admittet totum. Quale autem id est, nisi quod Sanctus Ioannes dixit:

b 1. Ioa. 3. 16

Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Ad cuius mortificationem dirigitur tria vota, ut suo loco diximus. Et idem Apostolus præmiserat: nolite diligere mundum, neque quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Dei in eo. Hi enim duo amores valde sibi inuicem aduersantur. Quod tamen in mundo magis eminet, & præcipuum est eius insigne, est superbia vitæ. Quare Antichristus cepit mundanorum, in quo mundus detestandum suum spiritum deponere, eam accipiet tanquam suum nomen, & generis nuncupationem. Nam, characteres huius nominis, qui in græca lingua singuli certos numeros significati-

cant, ait S. Iohannes, *numerum esse hominis, & numerus eius sexcenti sexaginta sex*: qui numerus inuenitur in græca voce *superbia vite*. Cui optimè aptatur cognomen hoc, & numerus in eo inclusus, ternaque repetitio numeri *sex* in centenariis, decimis, & vnicibus: nam totus ipse Antichristus erit *superbia quædam vite* in rebus omnibus visibilibus mortalis huius vite, quas Deus sex primis diebus condidit: in omnibus enim se plenum existimabit, contentum quietem, aut solatium: quod significatur per numerum septenarium, in quo *Deus requiescit*, & cessauit ab omni opere quod parauerat. De hoc enim infelici dicitur: *Omne sublime videt, ipse est Rex super vniuersos filios superbie*, quasi diceretur habere oculos valde elatos, nec dignari res inferiores aspicere, sed altiores. Has enim appetit, & in eis vult omnibus præferri: aut certè existimat, quod omnes excedat, aspiciens se in loco excelso; reliquos verò quasi in infimo, ac propterea eos contemnit & parui facit. Nec satis sibi esse existimat, quòd partem aliquam sublimem aspiciat; sed *omne sublime videt*, volens excellere in omnibus, quæ mundus sublimia reputat: quales sunt diuitiæ, scientiæ, dignitates, imperia, & dominia; splendor in aulis, vèstibus, famulis, & ipsa mensa, ac cibus, quibus vescitur: nihil enim illi sapit absque condimento pompæ mundanæ. Et quemadmodum e *superbia eorum, qui Deum oderunt, ascendit semper*, vt dixit Dauid; ita *superbia huius hostis Christi Domini ascendit etiam ad aspiciendas virtutes*, in quatum eas excelsas iudicat, quas cum non habeat, vult tamen inanem honorè ex eis. Et quod maiorem adfert stuporem, est, quod crescat, & eò vsque ascendat, vt aspiciat ipsum altissimum: quem cum excedere non possit, vult tamen ei esse æqualis, dicens: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*. ad tantam autem adeoque stultam *superbiam* perueniet, vt *g velit haberi Deus*. Huius capitis membra sunt omnes mundani, qui filij *superbiæ* appellantur: quam tantam matrem & Dominam habent; suntque ei dedicati, vt obediant in rebus omnibus, in quibus honorem quærunt, authoritatem, famam, gloriam, & magni nominis existimationem: aspicientes omne sublime, & contendentes illud assequi. Et quamuis Antichristus nondum sit natus, nec venerit in mundum: iam tamen *mysterium operatur suæ iniquitatis*, habetque plurimos sui imitatores, idem sortitos nomen & numerum, *superbiam* scilicet *vita* credi suo infixam. Quos Apostolus *inimicos crucis Christi* appellat, quorum *Deus venter est, & gloria inanis, qui terrena tantum sapiunt*, nec aliud sciunt; aut magni faciunt. Ac propterea S. Iohannes illos appellat *Antichristos*, quod significat Christi aduersarios; qui amplectuntur quæ mundus illos docet: Christus verò Dominus noster et reiecit ac reprobat.

c Apo. 13. 18.
Vide Led. n.
à Valcar. 16.

Vide Viegas
Apoc. 13. sec.
exotica.

c Gen. 2. 2.
Iob. 41. 25.

c Psa. 73. 23

Et Iai. 24. 14.
g. 2. Tess. 2. 4
Viegas supr.
S. Tho. 3. P.
q. 8. a. 8.

h Phil. 3. 19

i. Ioa. 2. 18

Lib. de vera
Virginis.

IN VERSO plane & contrario modo, quam mundus adeo inordinatus, (ait P. N. S. Ignatius secutus doctrinam S. Basilij) vivere debent Religiosi, abhorrentes in omnibus, quicquid mundus tanti facit, & complectitur; admittentes vero & concupiscentes totis viribus quicquid Christus Dominus noster amavit & amplexus est; adhibentes non partem aliquam virtutum suarum, sed quicquid illæ possunt, sequendum & imitandum caput suum; & eisdem vestibus & insignibus Domini sui indui, pro ipsius amore ac reverentia. Et quæ ista sunt vestes, quæ insignia; nisi quæ mundus horret ac fugit, eò quod aduersentur concupiscentiæ carnis, & oculorum, & superbiam vitæ; quam, si cupis, esse perfectus Religiosus detestari debes super omnia, & horrere eius nomen; & numerum, quem in se continet, parum facere: imò & contemnere omnem amplitudinem & splendorem rerum huius vitæ.

NON debes oculos altos gestare, aspiciendo quod sublime est, & excelsum in mundo; ut illud concupiscas: imo nec sublime iudicare illud debes; sed vile & abiectum, indignumque, in quod tuos conijcias oculos, tanquam in escam tuæ concupiscentiæ. Nam illud sublime in oculis mundi, stercus est & sordes in oculis Christi; & tale esse debet in tuis. Quod cum tentator in memoriam tibi adduxerit, quasi sublime: debes tuum aspectum mortificare, & nec aspicere, nec concupiscere, sed demittere oculos in terram, ex qua fuisti formatus; & in pulverem, in quem conuerteris; & in nihilum, quod ex teipso habes; & in vestes & insignia Ducis tui Iesu; quæ sunt paupertas, dolor, contemptus, & ignominia. De quibus amplius gloriari debes, quam de vllis alijs rebus; impensè optans, ad eius imitationem, iniurias & contumelias pati, & stultus haberi, ignorans, improbus, & scelestus: modò nullam des ad id occasionem cum aliqua culpa, & summum reputes gaudium quando tale quid patieris. Nunquam te superbiam filium appelles, sed humilitatis: eam accipiens in matrem, magistram, ac dominam, obediens ei in rebus omnibus, ad quas illa propendet; & in omnibus, quæ consonant doctrinæ de ea scriptæ. Et quemadmodum superbia semper ascendit, & proficit in peius; peruenire cupiens ad vltimum quod potest suæ inanis excellentiæ: tu contra semper in eius odio proficere debes, & in abiectiōe hæc procul quicquid illa appetit; & a allidere paruos huius filia Babylonica, corumque violentos motus statim in initio constringere ad petram vivam, quæ est CHRISTVS humilis: cuius humilitatem accipere debes tanquam finem & scopum tuæ ascensionis & profectus; optans pro virtutis tua magis semper crescere, & ad eam accedere, siquidem ipse dixit: b discite a me, quia

a Psal. 136. 9

b Mat. 11. 29.

mus sum & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. Non inuenies requiem, nec saturitatem, nec solatium in superbia vite, etiam obtenta quacunq; amplitudine, quam optas: omnis enim talis amplitudo & splendor est periturus; & omnis eius computus est per numeros. seharios; nec unquam pervenit ad septimum vel octavum, in quo sit solatium huius & futuræ vite. Anima enim tua est spiritualis & æterna; eiusque capacitas immensa; quæ nec satiari potest, nec impleri bonis temporalibus, caducis, ac limitatis adeoque imbecillibus; ut quantumvis excelsa videantur, innitantur tamen pedibus fictilibus, quos vel minimus lapillus confringat; & machinam totam ad terram deiciat.

DEPENDENT quoque, à voluntate hominum, qui ut Luna mutantur; & quod hodie tribuunt, cras auferunt: quorum gloria est sicut flos sæni, qui vel glacie vel æstu marcescit. Si quietem quæris, illam inuenies in centro humilitatis: quod est tuum nihilum; & in imitatione Regis ac Ducis tui Iesu: cuius nomen (ut Sibyllæ prædixerunt) scriptum est characteribus quorum numerus non ad sexcentos sexaginta sex; sed ad octingentos octoginta octo ascendit: ut non sine magno mysterio; hoc numero octonario, per centenarium & denarium multiplicato, significaretur: per Messiam IESVM Salvatorem nostrum venturam nobis quietem & solarium huius vite, quod pertinet ad diem septimum; & ascendendum ad æternam alterius requiem, significatam per diem octavam æternitatis: in qua ipse Iesus Saluator noster erit omnia in omnibus; & habebis plenitudinem omnium bonorum.

MEMOR esto, quod omnes, qui nomen accipiunt Antichristi, & superbiam vite acceptant, ut ait sanctus Ioannes, non habent requiem die ac nocte; & bibent de vino ire Dei, & cruciabuntur igne & sulphure in conspectu Angelorum Sanctorum, & ante conspectum agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula seculorum. Cur ergo vis gloriari de ea re, quæ te spoliabit æterna requie; teque deiciet in horrenda & æterna tormenta? dele itaque, dele ex corde tuo execrandam illud nomen; nec relinquas in eo vel vnicum characterem, aut numeri eius partem: mortifica quamcunque rem, quæ superbiam vite redoleat, & vestigium aliquod habeat pompæ mundanæ: ne ex modico incidas in maximum. Attende, d principem superbi huius mundi, qui venit, ut aliquid suum in Christo Domino nostro inueniret, & tamen in eo non habuit quicquam; venturum etiam ad quærendum in te, quod si aliquid inuenerit: accipiet te in seruum, & mancipium, & pro merito tractabit.

SED quid dices, cum Saluator iudex viuorum & mortuorum, qui insignia induit humilitatis, ut tibi esset exemplo, ad te visitandum veniens

Viegn & Valcar. nr. supra

2. c. Apo. 14. 13

d. Ioa. 14. 30

3.

c Saphou. 1. 8

f Mat. 22. 13

g Luc. 9. 26

h Rom. 12. 2

Homil. in
eum locum.

i 1. Cor. 7. 31.

Serm. 18. de
Sanctis.

k Apoc. 18. 1.

l Sapien. 5. 6

Tract. 4. c. 6
Et tra. 5. c. 2.

indutum viderit insignibus huius mundi? nescis, quam horrende sit minatus e omnibus qui induti sunt veste peregrina, extranea scilicet, & quæ ab eorum Professione & statu degeneret. Quid igitur magis peregrinum: quam seruum Christi insignia gestare Antichristi? & hominem Religiosum, vestem & habitum sæcularem? Si is, qui deprehensus est in conuiuio f non habens vestem nuptialem, fuit aded asperè reprehensus, vt obmutuerit; & ligatis manibus & pedibus missus sit in tenebras exteriores, vbi sletus est, & stridor dentium: quid tibi ueniet viuenti in domo Dei, & frequens accedenti ad conuiuium Sanctissimi Sacramenti: si te deprehendet hic Dominus indutum veste peregrina, & extranea ijs, qui in tali domo habitant & tali mensæ accumbunt? An dedignaris indui insignibus Christi, ipsumque imitari in amplectendis ignominijs, & contemptibus? Caue talè ei inferas ignominiam: pluet enim super te: nam & ipse dedignabitur habere te in sua societate, & postea induere insignibus gloriæ. *Qui erubuerit, inquit, me & meos sermones: hunc filius hominis erubescet, cum venerit in Maiestate sua, coram Patre suo & Angelis.* Attende etiam: esse quoddam genus apostasie, quodd non viuas moribus mundo oppositis, sicut initio fuisti professus, Amplexus es Apostoli consilium: *h nolite conformari huic saeculo, induentes scilicet eius mores, eumque accipientes tanquam vitæ vestrae exemplar.* Quomodo igitur vis iterum ei conformari? Quicquid mundus æstimat (ait S. Chrylostomus) figura quædam est siue pictura: si cum eo, quod æternum est, conferatur, & hoc nomine id Apostolus illud appellat, dicens: quod i præterit figura huius mundi: quæ igitur prudentia est, velle induere aurum ac depictum indumentum; & abijcere quod est verum? Incepisti (ait S. Augustinus aut Beda) esse toto mundo maior; & aliorum saeculo: ponens sub tuis pedibus quod ipse super caput suum collocat: ne igitur abijcias te iterum, vt conformes te mundo, & ponas super caput tuum, quod prius habebas sub pedibus. Posuisti sicut mystica illa mulier in Apocalypsi *k sub tuis pedibus Lunam inconstantem bonorum temporalium, & super caput tuum quasi coronam stellas fixas bonorum æternorum.* Ac propterea Sol iustitiæ induit te totum à pedibus ad caput seipso, & gloriosa eius imitatione in vita & moribus tuis: ne igitur ordinem hunc inuertas, sicut mundus qui Lunam ponit super caput suum; & stellas sub pedibus suis: contemnens æterna bona, & pluris faciens temporalia. Nam, si ita feceris, amittes preciosam Solis vestem, & indueris tenebris æternis, ac dices cum damnatis: *l Sol intelligentia non est ortus nobis.* Iam procul à mundo recessisti, & quidem tanto feruore, vt nolueris hære prope Sodomam, nec in finibus Ægypti, vt supra dicebamus; vt magis Christo Redemptori tuo appropinques: cur ergo retrocedis, & vis saeculo appropinquare, à quo procul fugeris? Nam neque mundo, neque Christo quis appropiat gressibus corporis,

sed amoris & imitationis; & ab eisdem se separat, odio & dissimilitudine vitæ. Quare si iterum induas insignia mundi: iam ei appropinques. Quando author (ait Sanctus Chryostomus) plantata est prope viam, eius fructus non perueniunt ad maturitatem: etiamsi enim eos colligunt aut proiciunt iter facientes: quando autem à via est remotior, fructus eius perueniunt ad maturitatem, & ad perfectum saporem, ita igitur, si mundo appropinques, non euades perfectus: sæculares enim homines te trahent post se, & fructus excutient piorum desideriorum, & operum: in quibus te prius exercebas. Et aquila superbiam, quæ (vt supra dicebamus) volat, vt medullam cedri ex monte Libano deuoret: multò facilius cor tuum comedet, quod tam prope mundum versatur. Quare si vis perfectus esse, recede procul ab eo: & tunc maxime proculaberis, quando in omnibus contrario modo vixeris, quam ipse: indoens insignia Saluatoris, vt ea tanquam propriam vestem retineas; mundi verò insignia abijcias, tanquam vestem alienam & peregrinam.

§. 2.

VERVM, liceat mihi, dulcissime Redemptor, vnum hoc proponere: cur eos reiciias, qui induunt vestem peregrinam: cum tu ipse videaris eam præ aliis induisse? Nam quid magis peregrinum, quam quod verus Deus nostram induat humanitatem, a formam serui accipiens, & habitum inuentus vi homo? Et animam habens gloriosam & beatam, induisti corpus patibile, miseris nostræ mortalitatis subiectum? Et nunc existens ad dexteram patris cum tanta gloria, induis te in terra accidentibus panis & vini in sanctissimo Sacramento? Sed hæc vestis, Deus meus, quæ aded peregrina & aliena videtur, & si non propria sit amplitudinis & Maiestatis tuæ, non tamen ab immensa bonitate tua degenerat: sed potius infinite tuæ charitati optime conuenit: qua voluisti ignominias & miseras nostras honorare, vt exemplum nobis dans paupertatis, & humilitatis: ad similia insignia gestanda, mundana verò abijcienda, quæ tuis aded sunt contraria, non alliceres. Quomodo igitur homo non duces tibi honori, quod ita incedas vestitus sicut tuus Creator, & Rex æternus? Quomodo audebis induere superbiam vitam, quam author ipse vitæ reprobauit? Propterea (ait Sanctus Gregorius) Deus induit debilitatem nostram, torque contemptus sustinuit, vt superbum non esse hominem, doceret humilis Deus. Aut Christus deceptus est: ait Sanctus Bernardus: induens paupertatem, & contemptus, aut mundus erat contraria sequens. Cum igitur sit impossibile, Christum sapientiam infinitam deceptum: certum est mundum ipsum valde aberrare. Gloriare itaque, quod sequaris eum qui rectè nouit quæ facit; eiusque insignibus te indue, etiamsi superiora illa esse videantur. Desidera impensè particeps esse opprobriorum, ignominiarum, iniuriarum, testimoniorum falsorum, & cruciatuum,

Homil. in
Mat. apud
S. Bon. lib. 4.
Phar. c. 17.

T. 2. c. 8. 2.

a Phil. 1. 7.

Li. 34. mor.
c. 18.
Serm. 3. de
Natiuit.

quos innocens pertulit. Quod desiderium vult P. N. S. Ignatius esse inter-
 sum, vehemens, & iuxta omnes vires nostras possibiles diuina gratia adi-
 tas: vt efficacitatem & fortitudinem habent in occasionibus quæ occurrunt,
 similia patiendi. Nam (vt Sanctus Augustinus dixit) vis desideriorum facit
 tolerantiam laborum, ita vt animo exultes, quando talia tibi eueniunt pro-
 pter bonum, quod simul accedit; ac dicas cum Apostolo: *b. mihi ab se gloriari,*
nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. per quem mihi mundus crucifixus est, & ego
mundo. In quam sententiã ait Sanctus Gregorius: cum duo sunt simul, si alter
 viuat, alter verò sit mortuus: viuens videt mortuũ; sed mortuus non videt vi-
 uum. Quod si vterque sit mortuus neuter alterum videt: & quamuis sint
 simul idem illis est, atque si essent remotissimi. Ita iustus & Religiosus du-
 plicem solet habere sortem siue dispositionem: nam interdum solum in se
 est mortuus mundo, quem nec videt, nec amat, nec eius, aut rerum & splen-
 dorum & vanitatum ipsius vllam ducit rationem: & quamuis corpore si-
 mul sit cum ijs, qui sunt mundi; idem ipsi est atque si mille miliaribus ab eis
 distaret. At mundus non est ipsi mortuus: videt enim eum, magnique facit
 offert illi honores, ac dignitates suas, etiam nolenti, imò dolenti, tum que
 periculum timentis: ac propterea alteram quoque sortem desiderat, vt scilicet
 etiam mundus sit ipsi mortuus: hoc est, vt neque mundus ipsum videat,
 nec æstimet nec magis sit ipsius memor, quàm si nullus talis homo esset in
 terra. Quemadmodum dixit Dauid: *c. obliuioni datus sum, tanquam mortuus a*
corde; eum in modum, quo in mundo non est memoria mortuorum. Cum
 autem hæc fors aduenit, eam reputat iustus valde felicem, seq; iudicat magis
 tutum, & gloriatur in cruce Domini nostri Iesu Christi, quia videt se
 mortuum esse mundo, & mundum sibi.

SED vterius progreditur Apostoli sensus, cum dicit, *se mundo, & mun-*
dum sibi crucifixum. Quemadmodum enim crucifixus reputabatur maledi-
 ctus infamis, detestandus, & abominandus, iuxta id, quod in lege antiq̃
 dicebatur: *d. maledictus omnis qui pendet in ligno.* Ita ait, *mundus est mihi crucif-*
xus. nam quicquid ipse magni facit, omnes eius cupiditates, vanitates, &
 eius magnalia, ego reputo maledictum, horrendum, & abominandum mi-
 hi; & arbitror, vt stercus; & tanquam perniciosam reiicio, vt Christum in-
 crucifaciam, eiusque crucem amplectar. Sed præter hoc ego quoque sum
 mundo crucifixus: ipse enim mundus me reputat maledictum, infamem
 ac detestandum; iniurijs & opprobrijs me persequitur, sicut persecutus est
 Christum Dominum meum: Et ego non solum obliuioni datus sum,
 vt dixit Dauid, sed etiam in me experior, quod postea subiunxit: *f. factus sum*
tanquam vas perditum; quoniam audiui vituperationem multorum commorantium
in circuitu meo. Hæc erat crux Christi, in qua magnus hic Apostolus glori-
 abatur.

cc
 cc
 Gal. 6. 14.

Lib. 3. mor.
 c. 3.

c. Psa. 30. 13.

Deu. 21. 23.
 Gal. 3. 13.

batur. Quæ (vt S. Chryſtoſtomus perpendit) duas inſignes mortificationes cõplectebatur: alteram, quod mundus, eiusq; magnalia ipſum tanquam rem mortuam deſerebant; nec ipſum, captiuum poſt ſe trahebant: nec tangebant ſp̄iticum; alteram, quod ipſe etiam eſſet illis tanquam mortuus, neque enim ea amabat, nec aſtimabat, nec ſe patiebatur vinciri ab eis. Et concludit idem S. Nihil hac mortificatione felicius: hoc enim eſt beatæ vitæ fundamentum. *O beati mortui, qui in Domino moriuntur* hoc genere mortificationis, a modo enim dicit ſpiritus, vt *requieſcant à laboribus ſuis*. Omnis enim labor & moleſtia ſpiritus ceſſat: cū felix hæc mors obtinetur. Ad hæc igitur aſpiremus ad eã cõtendamus: ſic enim morietes, vitã obtinebimus felicẽ ac lætã: cū ſic mori mundo, ſit viuere Chriſto, qui eſt vitæ gaudiũ, & gloria noſtra.

§. 3.

Sed Qvis ad talem perfectionis gradum in ſpiritali vita tam precioſum poterit peruenire? Idem P. S. Ignatius reſpondet: ad eum obtinendum, maior, ac impenſius ſtudio cuiuſque ſit, quærere in Domino maiorem ſui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, quoad poterit mortificationem. non ſolum in materia votorum, ſed & in reliquis rebus, quas Regule inſiſtant, nulla excepta: ita vt quiſque dicere poſſit illud canticorum: *manus mee ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima*. Et quænam hæc eſt myrrha adeo ſelecta, & copioſa: vt vtramque manum & vtriuſque digitos impleat, niſi gradus mortificationis, in quibus anima Religioſa ſe exercet? Quinque gradus ad vota pertinentes ſunt ſicut myrrha in quinque digitos dextræ manus diſtributa, quæ eſt prima ac præcipua in operando: cuſtodia enim votorum eſt ſubſtantia Religionis, & in ea maxima eius fortitudo cõſiſtit. Myrrha autem ſiniſtræ manus, quæ ſuis quinque digitis dexteram iuuat, ſignificat alios quinque gradus mortificationis, ad quos reliqua reducuntur, quæ Regule commendat, ad ipſa vota melius ſeruanda; & aſcendendum ad perfectionis celſitudinem. *Primus* mortificationis gradus eſt circa perſonas ſæculares, & nominatim circa parentes, cognatos, amicos, & notos, quos in mûdo habuerant, mortificandi, inquã ſunt inordinati affectus, qui remãſerint, aut recẽs viſceſcent; & nimia delideria cū eis agendi. *Secundus* gradus eſt circa perſonas eiufdẽ Religionis, & locũ habitationis; vt abſcindatur inordinationes, quæ poſſunt euenire, aut ex nimia amicitia & cõmunicatione; aut contra ex diſſenſione & diſcordia. *Tertius* eſt circa ordinarias occupaciones, officia, & miniſteria: ſiue ſpectet ad cultũ Diuinum & familiaritatẽ cū Deo Domino noſtro, qualis eſt vſus chori, & cãtus, & exercitia orationis; ſiue ad officia domeſtica & temporalia; ſiue ad ſtudia aut miniſteria in bonũ proximorũ: in omnibus n. eſt copioſa materia mortificationis. ſine qua nunquam rectẽ ſient. Er quoniam poſſibile non eſt, vt aliqui defectus

In 6. c. ad

Galat.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

defectus non sint in Religione. *quartus* gradus est circa id totum, quod spectat ad correctionem fraternam, tam ex parte correctoris, ne suo officio desit; quam ex parte corrigendi; ut correctionem ferat, sicut oportet. Denique *quintus* gradus est circa res omnes, quæ in Religione sustinenda occurrunt, & toleranda: quales sunt tribulationes, & persecutiones à secularibus; ingenia & mores difficiles domesticorum; morbi, dolores, & mortis pericula: in quæ siue status ipse, siue officium, siue Prælatorum obedientia, aliquando coniungunt: cum aliquem mittunt ad infideles, ut eos conuertat. Et hic supremus est gradus mortificationis, de quo S. Basilus dixit: Perfecta renuntiatio in eo consistit, si quis id affectus fuerit, ut ne de vita quidem sua quicquam affectus sit, etsi habeat *mortis responsum*. Quemadmodum habuit Apostolus. Et in hoc sensu ipse Christus dixit: *c Qui non odit animam suam, non potest meus esse discipulus.*

Regula 8.
ex Fufis.
b 2. Cor. 1. 9
c Luc. 14. 26

d Can. 5. 6.

HI SUNT quinque mortificationis gradus res innumeras complectentes, quibus seruantur omnes ferè Ordinationes & Regula Religioz, & remouentur omnino omnia impedimenta perfectionis, & ingressus Dei in animam, ad eam donis ac virtutibus suis cælestibus ditandam. Ideoque cum sponsa dixisset, quod eius manus ac digiti pleni essent myrrha probatissima, statim subiunxit: *sed pessulum est si sui aperuisse dilecto suo, ut ingrederetur.* Quodnam autem hoc est pessulum nisi quæuis inordinata ad creaturam affectio, & quodlibet vitium siue passio animæ infixæ? Si est in re graui, est ferreum repagulum; si autem in re leui, etiamsi tantum sit aliqua imperfectio contra Regulam sponte admissa, aut etiam in voluntate radicata: est verè pessulus, quo clauditur porta cordis, ne cælestis sponsus ad illud ingrediatur; ut possideat, & Diuinorum donorum plenitudine ditet. Huiusmodi autem pessuli, & obices non remouentur, nisi manibus ac digitis myrrha mortificationis inunctis: quæ rectà tendit contra illos, ut remoueat. Nec sufficit quæuis myrrha, sed opus est *probatissima*, & purissima: non enim remouentur huiusmodi impedimenta, sola externa mortificatione, aut propter vanitatem, aut impetum propriæ voluntatis; sed tali, quæ sit pura intentione DEO, placendi; & à se euellendi quicquid illi displicet. Sit itaque præcipuum nostrum studium, exercere nos in his mortificationis gradibus, ut paulatim explicabuntur: nobis persuadentes, hanc curam esse quasi summam omnium. Delitiæ enim, & fauores cælestes sequuntur benè mortificatos, etiam cum illos non quærunt; fugiunt verò immortificatos, etiamsi maximè illos quærant. Hi enim sunt quasi montes Gelboe, quos Dominus pertransit, nec visitat, nec rorem, nec pluuiam cælestem eis dat: ac proinde nec sunt agri primitiarum, nec vllas proferunt fructus; sicut Religiosi primi, quos imitantur mortificati: ac

propie-

propterea Dominus eos visitat, cœlestesque benedictiones eis indulget, ac facundos reddit in operibus sanctis.

CAPVT VI.

PERFECTIO EN MORTIFICATIONE IN ORDINATI
amoris ad parentes & cognatos.

CARNALIS AMOR ERGA COGNATOS & amicos, & nominatim erga parentes & fratres, utpote nobis maximè coniunctos, fuit omnium hostium nostrorum infensissimus, qui nos retardabat ab ingressu Religionis, & audienda vocatione Diuina: quem tamen vicimus illa die, qua constituimus, ac decreuimus illos relinquere vtentes medijs superius positis. Sed quoniam amor hic est nostris visceribus ita infixus, nobisque connaturalis, solet post tempus aliquod reuiscere, adhibente illum Dæmone tanquam instrumentum & medium ad conturbandum Religiosum; eumque aut reducendum ad sæculum, aut inquietum & inutilem in Religione reddendum. Quod efficit (vt ait S. Basilius) progrediendo per hos gradus.

PRIMUM memoriam eius turbat varijs imaginibus & cogitationibus rerum ad parentes & amicos spectantium, vitæ scilicet, sanitatis, bonorum temporalium, negotiorum, & litium; & rationura ac viarum, quibus inuari possunt, aut in rebus suis retardari. Quibus cogitationibus dant auditum contra præceptum Domini dicentis: *a Audi filia, & inclina aurem tuam & obliuiscere populum tuum. & domum patris tui.* Et quoniam Dæmon est valde sagax. obseruat commodam opportunitatem ad tales cogitationes suggerendas; quale est tempus otij, pigritiæ, ac tepiditatis spiritualis: proprium enim est tepidorum, & otiosorum recreare se cogitationibus carni iucundis, vt solatium aliquod inde habeant. Ex hoc gradu deducit illos Dæmon ad alterum, excitans in eis desideria aliquid sciendi de eis & eorum rebus: ideoque excitat in eis voluntatem scribendi, & literas ab eis accipiendi: vt ex acceptis gaudeant; & non acceptis tristentur: eosque vrget, vt ex patria venientes, de eorum rebus interrogent; & alios, qui informationem aliquam, quam ipsi desiderant, dare possint. Postea iniicit illis desideria eundi ad eos visitandos, aut vt ab eis visitentur, & manendi in propria patria vbi frequenter possent eos videre & alloqui. Et in hunc finem omnia adhibet media, quæ carnalis amor facile adinuenit, colorem obducendo & pallium pietatis, aut subueniendi temporalibus aut spiritualibus eorum

Tract. 5. c. 3.

De Const.
Monast. c. 21
Et Reg. 22
ex Fufis.

2.

a Ps. 44. 11.

2.

3.

b 1. Thib. 5. 2

necessitatibus: adferens ad hoc persuadendum illud Apostoli: *hs qui futurum, & maxime domesticorum curam non habet fidem negavit, & est infidelis deterior.*

4.

CUMQUE Dæmon talem Religiosum iam in suis digitis habet, efficit (ait S. Basilus) ut sensim det locum in se eisdem mundanis affectibus, quos illi habent: ut scilicet ex eorum prosperitatibus gaudeat; ex aduersitatibus tristet; amet amicos; qui illis benefaciunt; oderit verò inimicos, qui faciunt male; cum tamen præceptum sit diligendi omnes. Fauet fauentibus eis, etiam si indigni sint: & hoc nomine præscriptum iustitiæ ordinem transgreditur. gaudet de eorum commodis, officijs, & incrementis ac promotionibus, etiam si minus rectè obtentis; quæritque modos eas approbandi, & stabilendi, induit denique ac recipit affectus omnes mundanos, quibus prius se exuerat. Et hinc fit, inquit, ut veluti statua sit Monachus: quæ solam figuram Monachi circumferat, quæ nusquam virtutibus sit animata: quia non habet nisi externum habitum, quo tegit carnale suum cor, & mundanum, simile ei, quod habent ipsi sæculares: ad quorum partes iam ipse affectu transfijt, nec procul est, ut etiam effectu & re ipsa transeat. Qui enim corde redijt in Aegyptum: propè est, ut pro meritis à Deo deseratur, & ita opere ipso redeat: & qui respexit retrò ad ea, quæ in Sodomis reliquit, non mirum erit, (ut supra est dictum) si vertatur in statuam salis; & ut in eo impleantur tremendæ illæ minæ Apocalypsis: *c Vtinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quasi nominatim tali Religioso dixisset: vtinam sicut sæculares non fuisses professus perfectionem: aut cum feruore in Religione eam profitereris. Sed quoniam instar aquæ tepidæ, vtriusque partem aliquam habes: nam professione es Religiosus, vita verò sæcularis: permittam, te abire ex domo mea: quia dignus non es, qui in ea permaneas. Similiter locum habet & in tali Religioso impletur, quod refert Cassianus euenisse Sancto Antonio, cum quorundam Monacho valde tutum se existimante, cum ad suos cognatos rediret: qui cum interrogaretur an de felicitate illorum gauderet, de aduersitate autem tristaretur: & factus esset se his varietatibus affici. Sanctus Antonius replicauit, ac dixit: Noueris igitur: te in futuro sæculo in sorte eorum computandum, de quorum prosperitate, aut aduersitate lætaris; aut tristaris in hac vita. Et hic modus conuersationis, qui indies ex variorum euentuum mutatione te inquietum & vacillantem reddit, summerget non aduertentem, in rebus terrenis: iuxta illud Prophetæ: *d comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit.**

Trac. 3. c. 7.
c Apo. 3. 15.

Col. 2. 4. c. 12

Exemplum.

d Ose. 7. 4

S. I.

AD HÆC adeò ingentia damna auertenda, eorumque radicem euellendam adfert S. Basilius efficaces valde rationes & remedia, quæ tendunt ad mortificandum cum magna perfectione inordinatum hunc amorem quorum summam collegit nôter P. S. Ignatius in quadam Regula dicens; vnicuique eorum, qui Societatem ingrediuntur, curandum est, vt omnem carnis affectum erga sanguine iunctos exuat, ac illum in Spiritualem conuertat, eosque diligit eo solum amore, quem ordinata charitas exigit, vt qui mundo, ac proprio amori mortuus, Christo Domino nostro soli viuât, eumque loco parentum, fratrum & rerum omnium habet.

HINC deducemus omnes huius detrimenti radices, earumque remedia. Et *primum* sit, vt Religiosus persuadeat sibi: se per vota sua mortuum esse mundo; nec solum mortuum, sed etiam crucifixum: ac proinde tanquam mortuus esse debet omnibus mundi hominibus. Et cum parentes & cognati, quamdiu vitam non mutant, fiuntque Religiosi, sint mundi huius ciues: debet eos fugere sicut ipsummet mundum. Et ita Christus Dominus noster semel dixit quibusdam suis cognatis: (quos Euangelium fratres eius vocat, eique aduertebantur) *a non potest mundus adisse vos: me autem odit.* Et eam ob causam noluit cum eis ascendere in templum Ierusalam: (postea tamen ascendit cum suis discipulis) eis significans, quòd à partibus mundi starent; ac propterea mûdus eos diligeret, sed ipse eiusque discipuli non essent ex mundo: ac propterea mundus eos odisset. Cum igitur ipsi ei aduersaretur, noluit eos habere socios in ascensu ad templum; sed suos discipulos, qui erant ipsi conformes. Hac S. Basilij ratione reijci debent cognatorum rationes: cum absque causa impellunt nos vt illorum negotijs nos immisceamus. Quemadmodum fecit S. quidam Abbas nomine Apollo; de quo refert Cassianus, quòd cum esset in cella sua reclusus; accederetque frater eius, ac peteret, vt inde exiret; ac iuaret extrahere bouem ex quodam luto, in quo hæsitabat; ei S. Abbas respondit, vt vocaret ad id tertium fratrem; quæ habuerant. Et cum is, qui aderat, responderet: iam ante quindecim annos illum obijisse; ideoque impossibile esse è sepulchro eum educere: tunc Sanctus replicauit: ego autem à viginti iam annis mortuus sum, & in hac cella sepultus propter amorem Christi, qui vult, vt non me immisceam, ne quidem *sepeliendis meis paritibus*: quemadmodum enim mortuus non se inserit rebus viuentiû, nec sciendis nec expediendis: ita Religiosus verè iam mortuus mundo, meritò se excusat, ne inaniter immisceat se rebus & negotijs eorum, qui sunt pars mundi, à quo Religiosi sunt disiuncti.

HINC secunda deducenda est ratio valde efficax ad eundem finem: nam Religiosus, quòd sit mûdo mortuus, id est, vt vitam quãdam nouã instituat,

Gggg 2

omni

Reg. S. sum
marij ex c.
4. Examin.

“
“
“
“

I.

a Ioan. 7. 7.
c. 15. 12.

Col. 2. 4. 6. 9

b Mat. 2. 22

c Lnc. 9. 59.

omnibus, quę in mundo sunt superiorem: ideoque nouos Patres, nouos fratres, Ciuitatem nouā, habitum & conuersationem nouā accepit: in omnibus enim debet esse homo nouus, exutus iā operibus veteris hominis: cederet illi malę, quod ad vetera rediret, quę deseruit: ad conuersandū scilicet cum Patribus & amicis antiquis; & ad antiquā, quā cū eis habere cōsueuerat, cōuersationē. Huc respicit insigne illud Saluatoris respōsum ad quendam suū discipulū quē vocabat, vt ipsum sequeretur: qui cū dixisset: *c Domine permisce mihi primū ire & sepelire patrē meum. Ipse Iesus dixit ei: sine vt mortui sepeliāt mortuos suos: tu autē vade, & annuntia regnū Dei.* Quasi ei dixisset: seculares viuūt mūdo & carni, sed sunt spiritui mortui: tu cōtrā mortuus es mūdo & carni, sed spiritu viuus Deo: illi sunt ex Ciuitate mortuorū: eorū. n. vita potius mors dicenda est: tu es ex Ciuitate viuentium: quia mors tua potius meretur nomen vitę. Quamobrem sine, mortuos attēdere, vt mortuos suos curent: hoc est, seculares curent negotia secularia: nec tu te immisceas eis: sed veni sequere me, impendens te operibus regni mei proprijs. Et (vt perpendit S. Basilius) neq; ad punctum quidem temporis ab ipso seungi permisit, vt se immisceret in rem, quam seculares poterāt expedire. vt hinc Religiosi, qui sunt eius discipuli, intelligant se iam non esse de hoc mundo inferiori, sed spiritu translatos esse ad mundum alium, hoc superiorem. Cuius contrarium si fiat, id verē est retrocedere. Vnde cuidam alteri discipulo volenti redire in domum suam, vt quasi illam lustraret, vt posset illi renunciare, audiuit tremendum illud verbum: *d nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Iure optimo possemus dicere implicanti se huiusmodi occupationibus carnis & sanguinis, quod Sanctus Hieronymus in alia occasione dixit: Quid agis in mundo, qui maior es seculo? Et quod dixit Sanctus Augustinus: cum cōperimus esse seculo maiores: nulla seculi cupiditas progressum & cursum nostrum retardet.

d Lnc. 9. 62

Epist. 1. de Smaibus 5.

3.

c Ma. 10. 34
Lnc. 12. 51.

PRÆTEREA nunquam pax ineunda est cum hostibus quamdiu pugna durat occasio: esset enim pax ficta, & causa amittendi victoriam. Hanc pugnam instituit iam Religiosus cum suis parentibus & cognatis, vt impletet quod dixit Christus Dominus: *e nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium & separationem. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam; nam inimici hominis domestici eius.* Cur ergo vult pacem inire cum illis, & sese immiscere & implicare cum ijs, quos habet hostes suę perfectionis, & salutaris? Si se ab eis separauit, vt Christo meliūs seruiret: cur ad eos redit qui ipsam separabunt à Christo. Si gladius verbi Dei ipsum diuisit: & separauit à suis parentibus; eiusque corde euulsit inordinatum, quem ad eos habebat amorem: cur non sanctam hanc diuisionem & separationem conseruabit: et

qua

qua pax hæc & vnio cum Christo Salvatore suo dependet? qui etiam dixit
Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Plus eos amat,
 quam Christum, qui eum relinquit, vt eis placeat: qui tamen eos reliquerat,
 vt Christo placeret. Quod si minus eos amat quam Christum, semper quod
 Christi est, præferre debet ei, quod ad illos spectat. Quod vt magis vrgeret,
 cum dixisset. *g Si quis venit ad me & non odit patrem suum & matrem, adiecit:*
atque autem & animam suam; non potest meus esse discipulus. Cum igitur iam
 Christi scholam sis ingressus: cur non odis patrem & matrem sancto hoc o-
 dio, quod carnalem omnem amorem & imperfectum expellit ex corde? Qui
 alterum odit: nec visitare illum vult, nec videre, nec audire, nec alloqui,
 nec literas eius accipere, aut aliqua noua siue nuntium de eo habere: nec
 gaudet de prosperitate eius, nec subsidium præbet in aduersis, nec velle
 eius meminisse; sed obliuisci, & ex memoria sua omninò abolere, atque si
 mortuus iam esset ad omnia, quæ illum contingunt. Si itaq; tuos parentes
 odio hoc sancto prosequeris: omnia hæc quantum in te est, erga illos effi-
 cies in eo gradu, quo aliter faciens, impedireris, quod minus esses perfectus
 Christi discipulus: ad hoc enim ad Christi scholam peruenisti. Si eruisi tibi
 oculum, abscidisti pedem, & manum, qui te scandalizabant: cur vis iterum
 recipere, tibi que coniungere: siquidem non minus te nunc scandalizabit,
 quam antea? Maneant itaque illi in suo loco, & tu consistes in tuo: & sic sine
 scandalo poteris progredi in obsequio Christi.

MEMOR etiam esto, quid Moyses dixerit declarans perfectionem anti-
 quorum Leuitarum: *h Qui dixit patri suo & matri sua: nescio vos; & fratribus*
meis ignoro vos; & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, Domine, &
pacum tuum seruauerunt. Cum igitur votis tuis sis obstrictus, implere ver-
 bum, quod promisti Deo; & fidelis esse pacto, quod cum illo iniisti, sequē-
 di ipsum cū perfectione: necesse est non ampliùs cognoscere parentes tuos,
 nec maiorem amorem aut memoriam eorum seruare, quam eorum, quos
 nunquam nouisti: in eo quod ad tua vota Regulas que seruandas est neces-
 sarium. Vocatus es? vt Christum verè agnoscas, & familiaritatem cum eo
 inuas: necesse igitur est renuntiare familiaritati cum eis, qui hanc Christi no-
 titiam, & cum eo communicationem impediunt. Nam (vt ait S. Gregorius)
 ille desiderat familiariter agnoscere Dominum; qui ob eius amorem igno-
 rat, quos carnaliter agnoscebat: non enim sine graui detrimento scientia
 Dei minuitur, si cum carnis notitia coniungatur: & qui optat intimè vni-
 ois communi omnium patri: retrahere se debet à carnalibus parentibus: me-
 mor illius, quod Psalmista dixit: *Obluiscere populum tuum, & domum patris*
tui. Et concupiscet Rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus. Mag-
 na perfectio est non solum deserere domum patris sui; sed etiã eius obliuisci,

f Adm. 10. 37

g Luc. 14. 26

4.
h Deu. 33. 9

Lib. 7. mor

i Psal. 44. 11.

& planè horrere: siquidem post hoc tanta accedit virtutum pulchritudo, quæ sufficit, vt Rex cælestis illam concupiscat, seseque offerat eam habenti, vt eius sit Deus ac Dominus cum speciali cura & amore sicut patens caram gerit filia suæ, & sponsus sponsa suæ. Huc accedit præclarum illud mandatum Christi Domini ad suos Apostolos dicentis: *Patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester, qui in cælis est.* In quibus verbis duas res valde notandas proponit. Prima est, vt ita exactè amorem & memoriam parentum carnalium deponant, vt nec eorum nomen ore suo proferant. Cuius rei aded rarum nobis reliquit exemplum: vt in toto sacro Evangelio non inueniatur quod Virginem Sanctissimam Matrem suam nomine matris compellauerit: sed tantum mulieris: vt ostenderet, quàm esset auulsus à nimio naturali amore filiorum erga matres. Et cum ipsa mater eum in templo inueniens diceret: *Pater tuus & ego dolentes querebamus te:* ipse quasi extraneum, & alienum reputans nomen Patris, respondit nomen illud reiiciens: *Quid est, quod me querebatis: nesciebatis quia in us, quæ Patri mei sunt, oportet me esse?* ita insinuans, se non habere Patrem in terra: sed in cælo: in cuius seruitio sese occupabat. Et iterum, cum ei diceretur: *mater tua & fratres tui quærunt te,* respondit extendens manum in discipulos suos: *ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est.* Qua sententia sensum suum confirmauit, quod non tanti faceret cognationem carnalem, atque Spiritualem. cuius fundamentum est, quod quis sit eius discipulus, & faciat Dei voluntatem; quod potest esse omnibus commune. Ex quo infert sanctus Basiliius: hoc verbum *meum & tuum* non debere vsurpari in Religione, etiam cum nominantur Patres, aut fratres: nam in ea omnia debent esse communia. Et N. P. S. Ignatius in examine siue Instructione, quam pro Nonitijs instituit, ita loquitur: vt loquendi modus, sentiendi modum iuuat: Sanctum est consilium, vt assuescant non dicere, quod parentes vel fratres habeant, sed quod habebant, & c. præ se ferendo, se id non habere, quod, vt Christum omnium rerum loco habeant, reliquerunt. Et Palladius de S. Monacho Euagrius refert, quod cuidam dicenti, ipsius Patrem esse mortuum, respondit: *noli blasphemare, nec ita loquaris: pater enim meus est immortalis.* eo responso insinuans, se non alium Patrem in terra agnoscere, quàm Deum. Et hoc secundum est, quod Christus Dominus noster Apostolis suis dixit: *vnus est Pater vester, qui in cælis est.* Quod magis propriè conuenit Religiosis Apostolicam sequentibus vitam; & carnales deferentibus Patres, vt Deum tanquam specialem Patrem recipiant, qui singulari protectione ac prouidentia officium hoc erga illos præstat, multò exactius quàm erga alios: sic enim implet promissionem suam de reddendo centuplo o rem

5.

k Mat. 23. 9

Luc. 2. 48.

n Mat. 11.

2.

Reg. 33. ex
Fulsi.In Examin
c. 4. 5. 7. In
Declar. li.
tera C.In hist. Lau
ficiana 1. 41.

6.

a Mat. 32. 9

o Mat. 19. 19

quæ

uenti Patrem suum, & matrem suam: quia tunc succedit ipsemet Dominus in locum Patris & matris, excedens millies parentes terrenos, vt supra est dictum. Si enim Dauid dixit: *Pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me*: quanto amplius suscipiet & proteget eos, qui non expectarunt, vt parentes eos relinquerent; sed ipsimet eos dereliquerunt: vt reciperent se sub alas sui Saluatoris? Et si Isaias Deo dicit: *qu tu Pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos*: quanto magis eorum erit pater, qui ipsi nolunt patres suos agnoscere, vt solum ipsum patrem agnoscant? erga eosdem adimplet Deus eminenter, quod per eundem Prophetam dixerat, quod *portaret eos in utero suo, & gestaret in suis visceribus. Et usq; ad senectutem, & usq; ad canos eos ita portaret, vt vice obiret domus, cella, lectica, ac tentorium; reruq; omnium: quia omnes in ipso habet. Ex quo fit, vt Religiosus quicquid amoris erga suos parentes habebat, conuertere debeat in amore Patris sui caelestis: ne solum amore, quo omnes Christiani tenentur; sed alio affectu centies ac millies teneriori, affectuoso, & efficaci, quam ille fuerit: quo carnales parentes diligebat, in quorum locum ipsum CHRISTVM in Patrem accepit.*

CAPVT VII.

RES PARTICVLARES IN QUIBUS EXERCERI debet
mortificatio amoris erga cognatos; & quis modus
eos amandi.

EX DICTIS in proximo capite sumere debent Religiosi arma quibus sese à tentationibus defendant, quas caro & sanguis adfert, vt eos retrahat ad amorem eius, quod semel reliquerunt: apponentes securim ad radicem earum; vt memoriam & inutilem sollicitudinem deponant rerum omnium, quae ad parentes suos spectant. Nam (vt S. Basilus dixit) magnum est perfectionis impedimentum recordatio vitae superioris, & personarum ac rerum quas in ea deseruerunt. Et donec Sancto quodam eorum odio ex memoria deleantur; non est securitas, neque plena perfectio: vt Religiosus (ait S. Bernardus) sit similis Melchisedech de cuius Patre & matre nulla est memoria in mundo.

Hoc ostendendum est in primis, deponendo omnem eorum, aliquid de illis cognoscendi, illis scribendi, aut literas ab eis accipiendi: dicentes cum Apostolo *a non iudicauit me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*. Huius recorder, reliquorum omnium obliuiscor: nec volo me-

moriā

Psal. 6. 10

q. Isa. 63. 16.

1 C. 46. 4.

Reg. 32. 6.

Fufis.

c c

c c

c c

In specul
Monachoru

II.

2 1. Cor. 2. 2.

Lib. 1. c. 32.

moriā meam illis occupari. Quod si quæ literæ ex patria ad eum mittantur, imitetur saltem affectu & desiderio, quod fecit Monachus ille, de quo refert Cassianus: quod, cum per quindecim annos valde fuisset collectus, tandem accepit magnum cumulum literarum à parentibus & amicis suis, & antequam eas aperiret, sic intra se cœpit cogitare: quot cogitationes in me excitabuntur lectione harum literarum, quæ me vel ad inanem lætitiā, vel ad inutilem tristitiā prouocent? quamdiu memoria eorum, qui literas scripserunt, quietem turbabit orationis & contemplationis meæ? Et quando tandem cessabit turbatio spiritus mei, & quietem eius recuperabo, quam habebam, si aditum præbuero cogitationibus ac desiderijs, quæ incident videndi, alloquendi, quos iamdiu reliqueram? Certè parum mihi profuerit, qui illos corpore reliquerim, si corde & cogitatione apud illos maneo. His considerationibus decreuit fasciculum illum nō aperire, sed in oclusum projicere in ignem, dicens: istuc ibitis cogitationes de patria meæ omnes, istuc comburentini: ne me cogatis rerum meminisse, quas dudum fugi. simile quid fecit N. P. S. Ignatius alia occasione: Et multæ esse possunt, in quibus esset actus valdè heroicus idem facere. Siquidem, S. Hieronymo teste purus amor nec literas admittit, nec dulces scedas, nec munera, aut denaria mollia.

S. Bern. ser. 61. ad soror.

2.

b Galat. 1. 15

DEINDE ostendenda est hæc auulsio in eo, quod propensio ac desidiū eos visitandi & alloquendi planè deponatur, nec solum facultas ad id petenda non est, sed quantum in se erit, potius repugnandum: solatium suum in eo solo ponens, quod ipsi incumbit, sicut S. Apostolus, qui de se ipso dixit: *cum placuit ei, qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, continuo non acquiesci carni & sanguini*: Sed ad id ad quod eram vocatus attendi. Cogitet itaque Religiosus, se mortuum esse parentibus suis, & parentes ipsi; & se mundo crucifixum, & mundum ipsi: & cum in vita sit mortuus; ne faciat, cum spiritus detrimento, quod post mortem facere non posset. Nam (vt S. Thomas ait) ciuilis mors suæ Professionis, illum ab omni cura parentum excusat.

1. 2. q. 101. a.
4. ad 4. 59
189. ar. 5.

3.

c Luc. 2. 49.

d Mat. 10. 37.
Serm. 15. in
Psal. 118.

ET HINC sequitur tertium, in quo hæc separatio est ostendenda, vt scilicet omnes curas, & temporalia parentum & cognatorum negotia à se abiciat, dicens cum Christo Domino nostro: *in iis qua Patris mei sunt, oportet me esse*: hoc est, nolo occupari alijs rebus, quàm Dei: qui est vnicus Pater meus. Quod si carnales parentes obiecerint, ipsum teneri illos diligere, respondeat: te magis teneri ad Christum amandum, qui est præstantior Pater, ipseque dicit: *qui amat patrem aut matrem plus quàm me: non est me dignus*: & ita cum S. Ambrosio dicat: tempus amandi & tempus odio habendi: diligam vos in eo quod est Christo conforme; oderim verò quando me ab eis obsequo

lequo

sequo retrahere, volueritis, quod si obiecerint, teneri eum ipsis obedire; respondet cum S Petro: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Et vt S. Bernardus dixit: solus ipse Deus in causa est; cur non obediamus parentibus, cum nos ad Religionem vocat, & idem est causa, ne ad eorum voluntatem descendamus, cum detrimento Religionis. Quod si conquerantur, dicant que esse crudele, illos contristare: respondeas cum Sancto Hieronymo: Si tristatur parens: Christus laetatur; si, qui sunt cognati, plangunt: Angeli laetantur & cantant. Nolo Christum Dominum eiusque; Angelos contristare, vt parentes & amicos exhilarem. Quod si etiam pro se adferant, se indignere ipsorum operâ; esseque quoddam genus fidem abnegandi, eos deserere: respondeas cum sancto Basilio: Apostoli sententiam pertinere ad viuentes; non verò ad mortuos. Hi enim liberi iam sunt à cura domesticorum, cum alij sint, qui eam curam gerant. Quod si replicent, vt saltem accedas ad mortem parentis, & eius funus: respondeas cum Sancto Chrysostomo. Christum id prohibuisse cuidam suo discipulo. Nam post funus aperitur testamentum, & agendum de mandandis executionibus, quæ in eo sunt præscripta de legatis, de bonorum temporalium distributione; & sic immisceretur in mille alias curas; & negotia huius mundi eius sunt conditionis, vt vnum alterum trahat; & hoc alia multa. Quare cum Religiosus vnum suscipit expediendum, sensim inserit se & intricat reliquis omnibus: nec minùs conqueruntur parentes, si vel vltimum negligat expedire; quàm si primum prætermisisset. Quare expedit potius omnia relinquere. Ne eueniat quod asserit Isidorus: quod multi Monachi propter amorem parentum sese implicant non solum curis terrenis, sed etiam litibus apud tribunalia; & propter temporalem amicorum suorum salutem, iacturam faciunt animarum suarum, & propter commoditatem cognatorum recedunt ipsi ab amore Christi.

NON TAME N existimandum est, propter ea quæ diximus, velle nos aliquid contra præceptum naturale amandi & honorandi parentes: vnum enim præceptum non potest alteri esse contrarium; nec vna virtus alteri aduersari; licet maior exaltet minorem; & amor charitatis amorem naturæ perficiat. Et qui dixit, vt odio habeamus parentes, non voluit (vt S Gregorius explicat) hoc mandare: vt mali aliquid illis optemus; sed vt eos minus quam Christum; & quàm nostram salutem ac perfectionem diligamus: idque non amore inordinato; sed carnali amore in spiritualem commutato: honorando illos (vt ait Sanctus Thomas) more Religioso, & iuxta nostram Statum: orando pro eis reuerentiam exhibendo, & spiritualibus eorum necessitatibus, cum operâ nostrâ in eis constituti indigent, assistendo; imò etiam in temporalibus, cum illa graues sunt; nec sunt alij, qui subuenire

e Act. 5. 29.
Epist. III.

Epist. ad Euan-
gelium Ma-
ttheum.

C. 1. cit.

Hom. 28 in
Matth.

Apud S. Do-
nauent. l. 1.
Phar. 3. 32
et lib. 3. c. 27

S. Th. 2. 2.
q. 101. A. 4.

Homil. 3 in
Euangelio.

q. 2. q. 189.
a. 6.

Vide S. Bon.
lib. 13. Ph.
rit. c. 27.

”
”
”

f. Ioan. 19. 26

g. 1. Ro. 6. 12.
Lib. 7. c. 14.

h. Esc. 17. 12

illis possint. Id tamen fieri debet cum bona Prælatorum facultate, & purè ob Dei amorem & gloriam; & cum ea decentia, quæ sit Religioni conformis: nam cum eius detrimento nec pedem mouere debet Religiosus in gratiam parentum: si quidem nec pro vita propria tuenda licet detrimentum aliquod in anima pati. Quod confirmat S. Augustinus, dicens militia Christiana exhortatur nos, ut affectus carnales ingulemus: ita tamen, ut nolite nos esse parentibus nostris ingratos, cõtemnentes beneficia ab eis accepta. Custodiamus itaque ubique pietatem: hæc enim beneficia suum locum semper obtinent, ubi res maiores nos non obligant. Bonum huius rei exemplum dedit nobis Christus Dominus noster in cruce: ubi pietatem exercuit erga suam matrem & compatiens eius solitudini eam discipulo suo S. Ioanni commendauit: qui loco ipsius curam eius gereret. Non tamen eam vocauit *matrem*, sed *mulierem*: ut sic perfectionem ostenderet amoris spiritualis, à quo illa cura procedebat. Nec voluit ex cruce descendere, ut illam solaretur: eò quod pater eius iussisset, in ea mori: Docens Religiosos ita satisfacere obligationi suæ naturali erga parentes, ut non deserant vitam Crucis, in qua Deus illos posuit: nec feruorem spiritus laxent, facientes per alios quod iuxta suum statum non possunt facere per seipos: & ostendentes magnam animam constantiam & animi fortitudinem, neque hanc ob causam emollescant. Meminerint (ut supra cum S. Gregorio diximus) se debere esse sicut illam *vacca, quæ arcam testamenti uehebant*, quas amor filiorum *mutare* faciebat, non tamen retrocedere, nec ab inuicem separari, sed semper coniunctas *habebant in directum per viam qua ducebat Bethsames*, Religiosi enim ob naturalem amorem parentum & cognatorum non solum non debeat retrocedere, ut quæ reliquerunt recipiant, etiam si illis hoc valde sit graue; sed neq; debent seiungi aut discordiam aliquam propter hanc causam inter se habere; nec flectere viam suæ Professionis; aut voluntatem Superioris, ut eam ad suam trahant; nec sistere in progressu & feruore suorum exercitiorum: sed semper cum magna mutua animorum coniunctione debent in eis progredi, dirigentes iter suum in Bethsames, quod significat domum solis, ad obtinendam perseuerantiam in excelsa & perfecta vita, quam profitentur. Nam de iusto dicitur *homo Sanctus in sapientia manet sicut Sol*; & semper progreditur in die & cum luce: detestatur enim tenebras & tricas in suis negotijs.

Ex Quo apparet, quod negotia cognatorum nullus Religiosorum aggredi debeat proprio suo iudicio: quia facile potest existimare, amorem naturalem & passionem siue affectum, qui illum comitatur, oblectare iudicium rationis: ne rectè iudicet de necessitate ad ea attendendi: & sæpe necessariam iudicabit suam præsentiam, cum reuera non sit; sed possit ei negotio per tertiam personam subueniri. Ne igitur in hoc de-

cipiatur

capitur præstat, id committere iudicio & consilio virorum sapientum, & qui non laborant aliqua passione: & præcipuè rem totam committere Prælati, per quos Deus ipsum gubernet, suamque voluntatem absque deceptione per eos manifestet. Propterea enim competit Religioni, quod sit *domus Salis*; in qua agitur cum claritate, tam ex parte subditi, quam Superioris. Alter enim libenter quærit clarè cognoscere Dei voluntatem; & alter eandem manifestare: quod omnia iuxta illam hant. Et quoniam Sathanas transfigurans se in Angelum lucis, decipere solet Religiosos zelosos, ut cupiant ire in patriam, consanguineos & amicos visitatum, cum aliqua spe eorum profectum promouendi; & in rebus ad salutem pertinentibus eos iuandis; neque in his tamen duci debet Religiosus, iudicio proprio: sed potius ex parte sua existimare debet, certius fore proprium detrimentum, quam aliorum commodum: aut (ut Cassianus ait) si quem fructum in aliis fecerit, fore cum maiori iactura sua: nam potentiores & efficaciores solere esse parentes ad filios post se trahendos, quam sint filij ad trahendos parentes. Nam CHRISTVS Dominus noster, quamuis tantus esset prædicator, & Propheta; paruum tamen fructum inter suos effecit: qui ipsum contemnentes, etiam audire dedignabantur, & scandalizabantur in eo: quare ipse dixit: *non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua.* Et cum in alijs locis multa edidisset miracula: *ibi tamen non fecit virtutes multas propter incredulitatem eorum.* Si igitur hoc euenit CHRISTO Domino nostro, qui nihil nisi cælestis sui patris honorem quærebat: quid non potest vereri carnalis homo, qui inter suos cognatos cupit aliquam auctoritatem habere, & in honore apud eos esse? facile credi potest, eum non egregia & magna prodigia facturum, non solum ex parte ipsorum civium qui huiusmodi contreraneos minoris faciunt sed etiam ex parte sui: qui honorem aliquem ambiens, obicem apponit fructui, qui ex verbo suo poterat expectari. Committat igitur id totum providentiæ diuinæ, nec tale facinus proprio iudicio ac voluntate aggrediatur; sed Prælatorum. Et tunc potèrit ire securus, & incumbet Deo, exitus rationem habere.

DEINQUE Religiosus admodò viriliter carnalem amorem erga cognatos suos mortificare debet, ut neque ex eorum nobilitate, aut diuitijs enascescat; neque, quod illi sint ex communi plebe & pauperes erubescat: neque iactet honorifica illorum gesta; nec confundatur nimium ex infelicibus eorundem euentis: sed in vitroque casu studeat se in pace, silentio, & cordis quiete conseruare. Et similiter nec humilia suæ Religionis exercitia, negligat ex timore, quod consanguinei agrè ferent: neque hono-

Religiosus
consulat
prælatos.

Collas. 24. c.
3.

i Mat. 13. 57
& Mar. 6. 4

1 Iob. 31. 34

Grad. 3,

rifica munia appetat ob illorum honorem; sed in omnibus se gerat tanquam carni & sanguini mortuum; eum in modum, quo sanctus Iob dicebat: *Sed speltio propinquorum terxit me. Et non magis tacui, nec egressus sum ostium: quasi dixerit: nihili feci quod mei cognati me contemnerent, ed quò didicerem, quod debebam; neque quò illi contemnerentur, & nihili fierent: cuius còtempus particeps ego essem: sed in utroque tacui, & sustinui, nec meam quietem amisi: nam hanc in eo solo collocaui, vt placerem Deo: qui verus est Pater meus. O beatum Religiosum, cuius vita (vt Sanctus Ioannes Climacus ait) est continua quædam peregrinatio ad veram suam patriam, hoc est cælum: qui tanquam bonus peregrinus nihil aliud curat, quam vt semper progrediatur; nunquã desiderans in patriam suam, & ad carnales parentes redire: hic enim est modus quidam subsistendi, & retrocedendi, sicut fecit vxor Loth: sed semper vltiùs progreditur, cupiens ad finem peruenire suæ peregrinationis, terram scilicet viuentium: vbi videbit Patrem suum cælestem & gaudebit cum suis fratribus, qui sunt ipsi beati: factians & implens sua desideria in æternum.*

CAPVT VIII.

PERFECTIO RELIGIOSORVM EX MORTIFICATIONE *excessum in agendo cum secularibus.*



MULTA EX PRÆDICTIS DE AMORE & familiaritate cum cognatis possunt etiam ad alios sæculares extendi, filios huius sæculi. Sed quoniam multi Religiosi ratione officiorum, & spiritualium, aut temporalium, muniõrum coguntur cum secularibus agere; & qui non in eremo, sed in locis vbi est hominum frequentia habitant, sæpius coguntur cum eisdem agere, aut ab eis visitari: visum mihi est operæ pretium aliqua documenta proponere circa mortificationem, & cautelam in agendo seruandam, & de perfectione qua id fieri possit, solum generalibus allatis; particularibus verò reiectis in eo tractatus, quos de huiusmodi ministerijs inferiùs instituemus. Et hinc discernere possunt Religiosi ab huiusmodi obligatione expediti summam curam, qua vitare & horrere debent, agere cum secularibus. Sæculares dico non eos, qui æquè sunt Deum timentes & viri spirituales, sicut ipsimet Religiosi; sed eos, qui in vita & moribus sunt filij huius sæculi, seruantque exacti-

Tomo 4.

sumè

simè eius leges, & mores. Quamvis Anachoretæ, & qui vitam eremiticam profitentur ab vtrifq; debeant abstinere, iuxta illud quod vox cœlestis magno illi Arsenio dixit: FUGE, TACE, ET REQUIESCE. Fuge scilicet hominum consortium; tace non colloquendo cum eis; & requiesce in interiori cum Deo familiaritate, qui te tutabitur in abscondito faciei suæ, quò nulla peruenit hominum perturbatio.

SOLITARIÆ igitur vitæ cultoribus prætermisissis, hoc sit *primum* documentum, & fundamentum reliquorum: quòd Religiosi, propriæ perfectionis cupidi (quam non debent, propter officium, quo funguntur, cõcultare) nunquam debeant cum sæcularibus contrahere amicitiam, quæ nõ sit valde spiritualis, in Deo, & propter Deum, & in bonum animarum eorum; aut ob alios sanctos fines; nec vllum admittant excessum amoris; qui cor eorum occupet, & à rectitudine faciat deflectere. Si enim Christus Dominus noster dixit a *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, nõ est me dignus*; etiãsi huiusmodi amor tantum habeat in ipsa natura fundamentum: quantò ergo minus Religiosus amans aliquem sæcularem, plus quam Christum, dignus erit ipso Christo? Et qui quamcunque creaturam plus amat, quam Creatorem: non est dignus ipso Creatore; nec meretur ab eo amari, nec ad eius familiaritatem, & solatia, ac bona regni ipsius admitti. b *Nolite* (ait Sanctus Iacobus Apostolus) *amici esse sæculi huius, ne inimici Dei constituamini*. nam: qui sæculi filijs adhæret amicitia tantum exteriori & politica; sæculari & profanæ eorum vitæ sese accommodando, statim euadit eis similis; amans, magnique faciens, quod illi amant, & magni faciunt. Et reuocans in memoriam quæ deseruit: eò peruenit (vt S. Basilius ait) vt pæniteat ea deseruisse, paruique faciat, quæ nunc habet: lapsus in illud vitium quod S. Bernardus, cordis apostasiam appellat: in habitu Religionis cor sæculare gerens; & c *corde rediens in Ægyptum*, vnde exiuerat.

Ex Quo fit, vt Religiosus agens cum sæcularibus, quantumuis cor suum habeat reformatum: debeat semper præuenire & præmunire sese sancto quodam periculi sui timore, diligenter seruans in signe illud Ecclesiastici consilium, dicentis: d *Sepi aures tuas spinis: & ori tuo facito ostia & seras*. Neque enim libenter audire debes res profanas, & sæculares, quas illi loquentur; nec permittere ita intrare per aures tuas, vt cordi tuo adhæreant. Sed cum non poteris euitare audire, quæ dicentur: ita age, vt quæ per vnã aurem intrant, per aliam exeant: procurando eorum omnino obliuisci. Habeas quoque os tuum & linguam clausam non vno tantum ostio, sed multis: ostio scilicet prudentiæ, humilitatis, mansuetudinis, & patientiæ; castitatis, & misericordiæ, & similibus aliarum virtutum: vt cum os ad loquendum aperueris, quicquid dixeris sit eis simile & conforme: ita vt nullum proferas

I.

a Mat. 10. 37

b Iac 4. 4.

Reg. 30. ex
Fustis & de
Const. Mon.
c. 21.Ser. 3. in Pf.
Qui habitat
c. Act. 7. 9

2.

d Ecc. 28. 28

Lib. 2. Dis.
log. c. 15.
c. 150. 6. 5.

Thr. 3. 28.

Grad. 3.

Ecc. 13. 1.

in Formula
bonest. vita
De Inform.
Novit p. 1. c.
14. S. Spe
p. 7. 6. 1.
3.

De Const.
Monast. c. 7.

Oration. 10.

verbū degenerans à virtute; nec factorē vitij alicuius, aut mundi præferens. Et quantumvis te præmunieris, timendus tibi est lapsus: nam (vt S. Gregorius perpendit) non sine magna causa Propheta Isaias, cum tantus esset S. conqueritur, dicens: *e quia vir pollutus labiis ego sum: reddidit que rationem, quod in medio populi pollutis labris habentis habuit ar.* Est enim difficillimum, quod polluta secularium hominum labia & lingua uon polluant animam, quam cingunt. Assuescimus enim loqui, sicut illi loquuntur. Et multum (inquit) deorsum ducimur, dum locutione continua secularibus admisceamur. Et qui Religionem ingressus est: *vt se lenaret super se per orationem & familiaritatem cum Deo: si nimium cum hominibus conuersetur, vilescit; & ipsum ponit sub se, rediens minus homo, minus Religiosus, & magis secularis.* Et quemadmodum dixit S. Iohannes Climacus: sicut impossibile est altero oculo cælum, altero terram aspicere: ita non potest quis simul familiariter cum Deo agere, & multum cum cognatis & secularibus versari: nam aduertentibus nobis sensim extinguunt ignem deuotionis & compunctionis; & cor ipsum paulatim arefcit: & tunc etiam paulatim remouetur seps spinarum ab auribus, & ostia ab ore: delectantur enim audiendo & loquendo de profanis rebus cum profanis, incidentes in illam miseriam quam insinuauit Sapiens, cum dixit: *g qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam.* Conseruet itaque vir Religiosus hanc laum sepem & cautelam in auribus & lingua; quod si de rebus profanis agentes, audierit studeat (vt ait Sanctus Bernardus) talia colloquia dextere impedire; inserens sermones de Deo, & qui sanctitatem redoleant; reliquos vtrò perpetuo silentio sepeliat ita, vt nec cogitationem quidem admittat, (vt ait S. Bonauentura) eos domi alijs Religiosis referendi: nam id esset vices agere secularium, & turbare fugientes huiusmodi sermones.

Sed ulterius progredi debet perfectio Religiosorum, etiam si demus, eos ita sese præparare, vt diximus. Nam quantum in se est, fugere debent nimiam frequentiam in visitandis secularibus, aut in familiaritate cum eis: si auctoritatem suam bonumque nomen sartum tectum seruare velint; & fructum aliquem illis adferre. Vt enim S. Basilius ait; etiam si Religiosus valde sit disciplinæ obseruans: si tamen multum cum secularibus conuersetur, facile eò peruenit, vt minoris ipse fiat: nam familiaritas nimia, vt vulgò dicitur adfert contemptum; eò quod defectum aliquem propriam prodatur, cum nullus in hac vita sit, qui aliquo non laboret; & hoc adfert facile minorem de eis opinionem, & multò amplius de ijs, qui liberiùs, magis que seculariter cum eis agunt: aduertunt enim; sub habitu Religioso viuere mundum, talemque Religiosum esse sicut vnum ex ipsis; qui tamen deberet esse (supra ipsos, Ad hæc (vt S. Gregorius Nazianzenus dixit) quod frequenter de

facile cernitur, parui fit, etiamsi, sit pulchrum. Ac propterea reliquæ & piæ Sanctorum imagines teguntur, & raro ostenduntur: Ideo quæ Religiosi, qui sepe & absque necessitate per plateas, & secularium domos discurrunt, parui fiunt: si autem raro & iustis de causis id faciant, maiori sunt venerationi, Propterea ait Sanctus Gregorius, scriptura sacra insinuat Prophetam Samuelem raro iusse in Civitatem; ut vix spiritualis disceret, raro prodire in publicum: diu verò esse in occulto, ut quò tardiùs aspicitur, deuotiùs veneretur. Est quæ hoc consiliu valde conforme ei, quod Spiritus Sanctus suadet, dicens: *h subtrahere pedem tuum de domo proximi tui: nec frequenter eam adeas: ne quando satiatus oderit te.* Et *in aduocatus à potentiore, ne statim accedas & cum accesseris, expeditas te, ac discede: ex hoc enim magis, ac libentiùs te aduocabit.* Nemo tamen existimet, nos propter ea, quæ attulimus, damnare frequentes excursions & visitationes, quando officium id ab aliquo requirit: ac præcipuè cum spiritualis necessitas proximorum id exigit; nam tunc, si fiant sicut oportet, potiùs ædificant, ac respectum & venerationem augent, ob charitatem & misericordiam, quæ in eis elucet.

Qui autem tutior esse cupit in huiusmodi occasionibus, firmiter statuere debet, seruare fideliter quæcumque sunt in Regulis constituta circa huiusmodi cum sæcularibus colloquia & conuersationes. Quale esset non loqui cum eis domi absque facultate; nec solos cum solis loqui, quãdo Regula iubet sanctimoniales habere se ù aliã, quæ colloquio assistat; nõ exire absque facultate ad eos visitandos, non scribere eis literas, neque ad se scriptas accipere; nec ingerere se negotijs aut votis ipsorum sæcularibus. Sed quòd maximè refert est: huiusmodi facultatem non petere ob propriam voluptatem; aut solatium, vbi nulla alia adest necessitas, aut causa legitima. Et si enim Prælati concedant facultatem, debilitati nostræ annuentes: tunc tamen totum tribuitur propriæ nostræ voluntati quæ seipsam quæruit, dum eam facultatem peteret. Qui autem huiusmodi Regulas, etiamsi paruas, negligit aut conculcat: non sentiet singularem fauorem à Deo in rebus magnis.

DE NIQVE qui cum facultate & causa legitima sæculares visitat, vel alloquitur: nõ diutiùs cum eis hæere debet, quã sit necessarium, & expedit ad negotium quod habet, expediendum: ita ut statim atque fecerit, quod opus erat, redeat ad suu angulum, & recollectione. Nã aliàs eueniet ei (ut S. Antonius Abbas dixit) quod piscibus diu extra aquã manentibus: & hæc mora, vbi nõ adest necessitas, in causa erit, ut boni sui Propositi obliuiscatur, aut in eo inrepercat. Quibus addit S. Basiliius, postquam alia ad hoc propositum consilia & monita posuisset: quando ex necessitate iueris extra monasterium, & Deus Dominus noster ita feliciter adfuerit, ut negotiu tuu absque tuo detrimento perfecteris, statim redeas, imitatus columbam: quæ cum exisset ex arca,

redijt

Lib. 4. in 1.
Reg. c. 9. 12.
e c

h Pro. 25-17
i Eccl. 13. 12.

4.

3.

S. Athan. in
eius vita
refertur 16.
q. i. c. Placuit
Sers. de Abo
dic. verum.

33

33

k Gen. 8. 11.

redijt ad eam k portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo : quare & tu gratiam & gloriam Deo reddes ob misericordias in te collatas; persuadens interiori tibi, te in cella tua tutiorem esse : nisi ipsemet Deus per tuos Prælatos exire inde iubeat: tunc enim Dei protectio: cellæ officium obit, Nam securitatem non tam angulus dat, quam Diuina protectio: quæ nunquam negatur ijs, qui siue tacent, siue loquantur, siue exeant, siue redeant : non seiplos querunt, sed Dei gloriam, & illi placere.

l Iac. 1. 26.

NON potest tamen negari: quin ad prædicta omnia seruanda summe conferat continuus vsus linguam mortificandi : cuius necessitatem ad eum gerat S. Iacobus Apostolus, vt dixerit: *Si quis putat se Religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est Religio.* Ille autem cor suum seducit, qui laxat linguæ habenas: vt loquatur quicquid cor vult. & hac ratione illud seducit siquidem per laxam & effrenam linguam euacuetur ac perditur totus spiritus Religionis ac deuotionis, quem antea retinebat; nec amplius quid remanet, quam eius quædam species. Contra verò qui

m Cap. 3. 2.

eam continet, ita vt in verbo non offendat hic (ait idem Apostolus) *per seclitum vir.* Signum enim est, quod omnes habeat virtutes, quæ illam refrænant; ac terminos ei constituunt, vt vel loquatur vel taceat, quando & sicut expediat. Sed quoniam de hac mortificatione fusius egimus in Duce spirituali, complectentes quicquid pertinet ad Religiosos : ibi licebit eis media videto quibus eam consequantur.

CAPVT IX.

PERFECTIO AMORIS, VNIONIS, ET PACIS MUTUÆ inter Religiosos, & excellentia qua quisque alios vt seipsum, & vt Christus eos dilexit amare debet.



a Ioa. 13. 35.

VAMVIS CHRISTIANA ET RELIGIOSA PERFECTIO, vt supra est dictum præcipue consistat in primo ac nobilissimo actu charitatis, ex quo vota ipsa procedunt: debium tamen non est, quin eadem valde splendat inter homines per secundum actum huius supernæ virtutis, amorem scilicet proximorum. Quem Christus Dominus noster tanquam insigne & manifestum indicium suæ scholæ designauit, cum dixit: *in hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicem.* Cum igitur Religio per excellentiam quandam scholæ Saluatoris, præcipuum eius insigne etiam erit amor & dilectio quam ad inuicem habent Religiosi. Cuius naturam ait S. Dionysius esse vni-

C 4. de Diu. Nominib.

corda, se inuicem amantiam; & quasi bitumine quodam, eorum animas ita agglutinare: vt cum sint multæ videantur tamen in voluntatibus esse vna. Hæc vnio inter Religiosos in omnibus illis titulis fundatur, quibus innititur illa, quam omnes iusti habere debent. de quibus fusè egimus in Duce spirituali: accedentibus tamen nominis titulis, ac rationibus, quæ urgent, vt hæc arctior sit, multoq; gloriosior. Omnes enim Religiosi membra sunt *vnus Spiritus per gratiam eiusdem vocationis*, ad eundem finem, & per eadem media tendentis; omnes colligati sunt vinculis eorundem votorum: vt vnio ipsa & connectio sit perpetua; omnes eundem patrem agnoscunt, non solum vniuersalem omnium, qui est Christus eiusque Vicarius; sed alium etiam specialem Sanctum scilicet sui Fundatorem; & eos, qui ei in gubernatione succedunt: ac proinde omnes sunt inter se fratres; & quidem fraternitate quadam magis speciali, quam cæteri iusti; omnes etiam eandem custodiunt Regulam, eundem habent gubernationis modum, gaudent eadem doctrina & eadem frequentia Sacramentorum: eundem gestant habitum; eidem accumbunt mensæ: & in reliquis cæremonijs rebusq; externis maximam habent similitudinem, qua amor ipse & concordia crescunt; omnibus deniq; idem centuplum in hac vita est promissum: cuius præcipua pars consistit in vnione, pace, & concordia cum gaudio, & admirandis alijs bonis ab ea procedentibus. vt supra est dictum. Omnes hi tituli & rationes obligant Religiosos: vt in hoc amore & mutua vnione studeant excellere. Nam etiam in eo propria illorum perfectio consistit, iuxta illud Sancti Ioannis: *et si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est.* Nam illa est indicium, quod multum diligamus Deum, cuius bonitatem, ait Sanctus Thomas, esse præcipuum motuum proximis diligendi. Et propter eandem causam dixit Apostolus: *Qui diligit proximum, legem impleuit; & plenitudo legis est dilectio. nam dilectio proximi malum non operatur: & e charitas non cogitat malum nec agit perperam.* Et vt Sanctus Chrysostomus perpendit: si omnes diligerent ac diligereantur: nullus alteri irrogaret iniuriam; & omnia mala procul abessent, & ad nomen vsq; ignotum esset vitium. Præterea: qui alios diligit, sicut debet; ita, inquit, viuit in terra, quasi esset in cælo: semper gaudens, summa tranquillitate, in hoc enim bono charitatis omnia bona habet; & per eam innumeras obtinet victorias, & coronas, & inestimabiles thesauros pacis. Et Sanctus Augustinus nunquam finem imponit recensendis charitatis laudibus; & concludens tandem de ea ait: nihil auditur dulcius nihil optatur delectabilius, nec vtilius possidetur. Quamobrè dixit Dauid: *o quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum* id autem est propriam Religionis, O pacem eremitarum matrem, cænobitarum patrè, Monachorum

TRA. 4. c. 19bEPH. 4. 4.TRA. 3. c. 18.SER. 11. SER. 1RA.4. c. 9. SER. 10.c. 1. 1OA. 4. 12

2. 2. 7. 2. 4. 1.

dRO. 15. 8. 10

c. 1. Cor. 13. 4.

Hom. 32. in

EpIST. 2. ad

Corinth.

SERM. 2. ad

Frat. in Ere.

SER. ser. 57 de

Verb. Domi.

PSA. 132. 1

33

nachorum sororem, vinculum Patriarcharum, Prophetarum curum, refugium
 22 Apostolorum, solatium Martyrum, Confessorum cingulum, & virginum
 22 gaudium. O Monache, vix in hac vita rem aliquam inuenies, quæ simul sit
 22 bona & læta: quam tamen si vis inuenire, quære pacem, eamque amplectere.
 22 hoc totum S. Augustinus: vt nos ad pacem alliciat, proprium fructum chari-

2. 1. q. 29. a.

Tract. 1. c. 5.

tatis: quæ excellenter efficit in Religiosis duplici vnione, in qua, teste S. Tho-
 ma, pacis essentia consistit: altera vnus cuiusque; secunda; subiiciendo appetitus rati-
 onis, vt sint concordēs, eum in modum, quem supra explicuimus. Ex quo al-
 tera vnio sequitur, cum alijs: cum quisque suam voluntatem alijs accommodat in
 his, quæ sunt licita, ac Dei voluntati conformia. Vt autem vtraque sit vnio per-
 fecta, additur continua mortificatio passionum, & interiorum affectuum: & re-
 nuntiatio rerum externarum: quæ ad eum profiteantur Religiosi. Mortificatio-
 ne enim deuastant & profligant hostes, qui pacem oppugnant, & internam vn-
 ionem; renuntiatione vero rerum externarum, prosternunt eos, qui exte-
 rius oppugnant, sic enim reddunt campum planum & expeditum, quod possit fra-
 ternæ charitas exercere in Religione actus suos excellenter; & sic multo per-
 fectius, quam sæculares conformantur duplici exemplari amoris proximi:
 quod indicat Euangelium; & quæ superius sunt fusiùs declarata vt quisque scilicet
 Tract. 1. c. 5. amet sicut seipsum; & sicut ipse Christus Dominus noster nos amat.

Tract. 1. c. 5.

PRIMUM enim, quod exemplar est perfectius; eò res, quæ ei conforma-
 tur, & in omnibus coequatur, erit etiam perfectior. Et quemadmodum San-
 ctus sui ipsorum amor, qui exemplat & idæa est amoris proximorum, est in
 parte ipsius status maiori cum excellentia in Religiosis, quam in sæculari-
 bus: ita amor suorum fratrum, qui per eum mensuratur, erit in eis multo
 perfectior. Et quemadmodum hic amor in eo consistit, vt illis cupiant &
 velint bonum, quod sibi ipsi: cum sibi optent bona multo excellentiora,
 quam sæculares: efficitur, vt excellentiori amore fratres suos diligant, quon-
 talium bonorum participes efficere cupiunt. Et quis dubitet, Religio-
 sum diligere seipsum perfectiori amore: siquidem cupit sibi perfectio-
 nem Evangelicam, & virtutes in gradu excellentiori, quam sæculares: non
 enim præceptis contenti sunt, sed ad ipsa etiam consilia seruanda sese ob-
 stringunt: ac proinde sibi ipsi volunt innumerabilia & excellentia bona spi-
 ritualia, quæ in se includit promissio centupli, facta ei, qui propter ipsum
 Christum rebus omnibus renuntiat: temporalia commutans pro alijs in-
 comparabiliter pretiosioribus, & cum singulari pignore vitæ æternæ &
 possessione illius regni Dei, quod est iustitia, pax, & gaudium in Spiritu Sancto.
 Cum igitur omnia hæc bona velint Religiosi pro suis fratribus; & ad ea
 procuranda valde illos iuuent: certum erit, quod eos perfecte sicut se-
 ipsos diligant. Præterea sibi ipsi cupiunt illud summum bonum, vt sint ma-

g Ro. 14. 17.

gis in-

gis intimi Christi D. N. discipuli, & audiāt in eius schola doctrinā suā & maioris perfectionis, eamq; custodiant & magis prope sequantur, & cū maiori excellentia illā imitentur. Et quemadmodū Christus D. N. in doctrina & vita sua ostēdit, se tōti facere amorē, & constituit se exēplar eius dicens: *h. ut diligeremus nos inuicem, sicut ipse dilexit nos; ita ipsi contendunt excellere in amore mutuo, eodem modo, quo Christus Dominus noster eos dilexit, perfectiūs custodientes ipsius amoris proprietates, quas supra attulimus.*

h. Ioa. 13, 34

Trac. 10,

Ex QVIBVS concludo: vitam Religiosā esse perfectissimā quandam multorū amicitiam, diligentium se inuicem sicut seipsos, & sicut Christus illos dilexit mortificantes sese & renūciantes internis & externis rebus, quā possunt illam minuere: in qua eminenter cernitur veritas communiū illorum prouerbiorū: *amicus est alter ego; & amicorum omnia sunt communia.* Hęc enim amicitia non fundatur in voluptate, aut emolumento aliquo humano; sed in virtute tantū; & non in qualibet, sed in præstantissima: quia nullum adest desiderium rerum mutabilium, & periturarum huius mundi. Ac propterea, vt Cassianus dixit, amicitia charitatis est perpetua: de qua dixit Apostolus: *i. Charitas nunquam excidit: innititur enim sanctitati, quæ permanet in æternum.* Est quoque amicitia valde intima, vt quæ non sit contenta familiaritate externa; sed transit ad interiora, traiciens omnes suos fratres in viscera sua: quasi eos faciat vnum secum; & seipsum etiam mittens ad eorum interiora, quasi se faciat vnum quid cum illis. Ita vt in seipso omnes aspiciat, & seipsum in omnibus: omnia illorum bona & mala tanquam propria accipiens. Ex quo infert Sanctus Chrysostomus: quod quemadmodum multi Religiosi per charitatem sunt vnus: ita per eandem charitatis vnionem singuli sunt multi: vnio inquit decem Religiosorum efficit, vt vnus sit decem: nam vnus est in omnibus decē, & oēs decē in vno. Quare vnusquisq; habet viginti manus, viginti oculos: & ita respirat per decem animas, tantā, n. curā quisq; gerit de altero; quantā de seipso. Ideoq; oculi, manus, & pedes omnium decē seruiunt vniciq;: nullus enim contentus est cura sui ipsius: sed etiā gerit curā reliquorū. Et quemadmodum dixit Apostolus: *omnibus omnia sit, vt omnes inuet.* Ac propterea vnusquisque potest multum: quia potest sicut decē. Quod si vnio est centum Religiosorū: vnusquisq; poterit tantū centū possunt. Hęc S. Chrysostomus. Quod etiā possumus amplius explicare ex ijs, quæ refert Propheta Ezechiel de quatuor mysticis animalibus: de quib. nūc loquitur, quasi *de multis nūc quasi de vno, dicēs eleuata sunt Cherubin; & statim addit ipsum est animal: ad significandū illa tantam vnionē & similitudinē in rebus omnibus habuisse, vt etiā si quatuor essēt: tamen omnia essent vnum: & ita multa essent in vno, vt vnumquodq; esset in multis* Quorum compositio miro artificio significabat duas vniones pa-

Colla. 6. c. 3.
i. 1. Cor. 13. 8.

Hom. 77. in
Ioann.

k. Cor. 9. 21

1 Eze. 10 11
20

cis & concordia prædictas. Nam vnumquodque habebat quatuor facies, bouis, leonishominis, & aquila; ita in vno corpore vnitas; vt nulla esset inter ea contrarietas: omnia præterea quatuor in eo conueniebant, quod haberent easdem facies & eandem formam pedum, manuum, & alarum: & omnia simul mouebantur vnitas & eiusdem spiritus impetu: quia coniuncta & vnita erant vt portarent currum gloria Dei: In hunc igitur modum in Religione vnusquisque Religiosus, si est in suo statu perfectus, habere debet vnitas in seipso partes, quæ per quatuor facies significantur: quæ (vt S. Hieronymus interpretatur) sunt appetitus concupiscibilis & irascibilis; & voluntas rationalis ac intellectus: qui est altissima pars spiritus: in qua residet synderesis, & rationis dictamen: & omnes quatuor conueniunt in ea subordinatione, ac subiectione, quam eorum natura rectè ordinata requirit: quam subordinationem obtinent per quatuor virtutes cardinales, quas appellamus temperantiam, fortitudinem, iustitiam, & prudentiam; significatas etiam (vt S. Ambrosius ait) per easdem quatuor facies. Et hinc prouenit, vt omnes Religiosi summam inter seipso seruent vnionem, propter conformitatem quam habent in ipsismet virtutibus, & exercitijs; & in tollendo super se iugo eiusdem Regulæ: quia omnes eiusdem Superioris gubernationem sequuntur. Et quibus aliqui (ait S. Gregorius) plus resplendeant in abstinentia, & alij in fortitudine, seu iustitia; & alij in subtilitate contemplationis: semper tamen sunt vniti, & vt Propheta dixit: *in iuncta erant penna eorum alterius ad alterum*, propter vnionem quam habent in bonis suis affectibus, & conatibus: & ita impletur ad litteram Isaia Prophetia, quam superius attulimus: *in quod vnus est leo simul morabuntur: & leo quasi bos comedet paleas: & quod pater paruulus minabit eos*: quia erit eorum pastor. Nam qui repugnantia habent ingenia, & mores diuersos accipiunt cum magna vnione eundem vitæ modum: ita vt diuites & potentes assuescant ad ordinarios pauperum cibos; ad illos se dimittentes, vt sint cum illis æquales; & omnes sincere obediant eidem pastori.

ET HÆC est insignis amplitudo charitatis & vnionis Religiosæ: vt tanquam res quædam superior ac Diuina, potens sit cum Dei gratia ad vincendam & accommodandam diuersitatem appetitionum ac voluntatum; contrarietatem morum, & complexionum naturalium; inæqualitatem personarum ætatum, & talentorum; & diuersitatem nationum valde inuicem repugnantium: quia hæc omnia reducit ad vnionem, pacem, & concordiam. Quæ modum enim in die Pentecostes, *o ex omni natione, quæ sub celo est*, collegit Dominus noster primæuam suam Ecclesiam, dans gentibus adeo diffusam per eos *animam vnā*: ita nunc (ait S. Basilius) cum non minori stupore renouat hanc vnionem in Religionibus recipientibus personas variarum nationum, linguarum, & morum naturalium. Et nostris temporibus vt Religionem fundaret

b. d.

Lib. 3 de Vir.
Quamuis in
aliquo dis-
sident.

m Exe. c. 1. 9

Trac. 4 c. 9.
n Isa. 11. 6.

o Act. 1. 5. 44
p ca. 4. 32.
De Const.
Monast. 6.

nostra.

nostræ Societatis (quæadmodum perpedit Summus Pontifex Paulus I II. in Bulla Confirmationis eius) elegit decem viros, non eiusdem nationis, quales fuerunt quæ alias Religiones fundarunt; sed ex diuersis, quales erant Hispanica, & Gallica; idque tempore, quo ab inuicem valde dissidebant, & bella gerebant; & qui erant eiusdem nationis Hispanica, aut Gallica erant ex diuersis Prouincijs, linguis, & moribus non minus inter se dissidētibus: quàm si fuissent nationum diuersarum: omnes tamen ad eodē erant inter se eodē spiritu vniti, atque si multa corpora vnica habuissent animam. Vnde per Dei misericordiam secuta est similis vnio in reliquis eorū successoribus, etiam si valde diuersarum sint nationum, & morum naturalium valde repugnantium. Ita vt quemadmodum de Ecclesia dicitur, quod tanquam q̄ *Regina assistat ad dexteram sponsi sui in vestitu deaurato & circumdata varietate*: (& vt S. Augustinus interpretatur, varietas est in nationibus & linguis; vnitas verò in auro & vestitu, quæ est sapientia, & doctrina: quia omnes conueniunt in fide, Confessione, & prædicatione eiusdem veritatis Euangelicæ) ita dicere licet, sacram Religionem assistere ad dexteram Christi Domini nostri, hoc est, in optimis gratiæ suæ & perfectionis quam docuit, bonis: cum magna varietate nationum, & personarum, ex partibus valde diuersis: omnes tamen illæ eundem habent vestitum aureum, vnam scilicet eandemq̄: Charitatem, & amorem: & eundem spiritum suæ vocationis proprium: sequentes in omnibus eundem vitæ modū, ita vt nationum diuersitas in solam vnā nationē, & eosdem mores coalescat. De quibus dixit Ecclesiasticus: *Fili Sipientie; Ecclesia iustorum; & natio illorum Obedientia & dilectio*. Hic enim est eius vestitus aureus; lingua ipsius est cælestis, hi mores & propensiones quasi con-naturales, quales sunt singularum nationum. Ac propterea, etsi multæ sint, quoad naturalia; obedientia tamen sub vno superiore, & mutus illorum amor, eas facit vnā in esse gratiæ; & quidem multò magis, quàm essent in esse naturæ. Cuius indicium est, quod qui sunt huius nationis spiritualis; multò magis se inuicem diligant, quàm nationis, quæ est vna secundum carnem. Nam, vt ait S. Ambrosius: non est natura vehementior & efficacior ad amandum, quàm sit gratia. Et par est plus eos diligere, quos speramus futuros perpetuò nobiscum: quàm qui tantum in hac vita sunt nobiscum mansuri. Et vnitas nationis terrenæ cum morte finitur; spiritualis tamen nationis vnitas perdurare potest in omnia sæcula. Et qui moriuntur in hac obedientia & amore, erunt æternam in cælo vnus nationis, quæ est bestorū.

S T V D E itaque, o vir Religiose, celsitudinem statūs tui, & vnionis, quam propter agnoscere: incumbe valde serid in amorem tuorum fratrum: vt ita illos diligas, sicut te ipsum, & sicut Christus eos dilexit: ita vt amor tuus & vnio vere innitatur communicationi eorundem bonorum spiritualium.

Vide Ribaden lib 1 de vita P. Lay m. 2. c. 12.

q. 4. 4. 10. Ibid.

1 Eccl. 3. 1.

Lib. 4. offit. 6. 7.

C. 12. infra plura de hoc puncto de-centur.

Attende, vt in primis bene tibi ipsi sis vnitus: vt possis cum cæteris vnionem & pacem habere; & esse superior ad omnem varietatem inter te & illos: quam diuersitas ingeniorum, & nationum attulit: eam solam reputans nationem tuam quæ Professionis imitationis Christi cum obedientia & amore innititur. Induas aureum hunc Castitatis vestitum, nec diuidas, nec laceres: si vis, vt anima tua tanquam sponsa cælestis Regis assistat ad dexteram dilecti sui fruens optimis bonis gratiæ eius. Memor esto, te *sedisse quicquid habebas, vt pretiosam hanc margaritam vnionis tibi cõparares: & nõ satis esse, quodd cõparaueris: nisi etiam seruare nõueris; ne pereat, aut hostis tuus eam corrumpat.* Nam de his margaritis, quæ propter excellentiam vocantur vniones, scribit Plinius, ex vsu; manibus eas cum incuria quadam tractandi, amittere splendorem & colorem, & ardore solis offuscarì illarum candore; & quod amplius est, flauescunt, inquit, in senecta margaritæ, rugis que torpescunt; & si ponantur in aceto, omninõ dissoluuntur, & quæ prius adeo erat pretiosa, euadit inutilis & nullius valoris. Hunc in modum, margarita huius vnionis & fraternæ Charitatis, si negligens sis in ordinaria cum tuis fratribus familiaritate (præcipuè si ardore cupiditatum & tentationum mellestia oppugneris) imminuetur præstantia, & amittet candorem & splendorem; quem habuit in initio, quando Deus cælesti rore eam in corde tuo produxit. Ne existimes te propterea iam esse tutum, quod sis valde antiquus Religiosus: sed id potius te magis sollicitum reddet: quia pretiosa vnio sensim solet inueterascere, & rugas cõtrahere, ac scelerates culparum venialium, & imperfectionum; quæ splendore illi auferunt, quem in primæua Religione habebat; & in teipso se senescet, vt sensim vigorem illius remittat; quæ cum Tyro esses, habebat. Quod si valde negligenter in hoc te geras, desque locum aceto iræ, & impatientiæ, & corruptioni Adami terreni tandem corumpetur omnino, & amittes margaritam tanto pretio comparatam.

CONTENDE igitur eam quotidie renouare, ex consideratione ritulorum, qui te ad eam comparandam & conseruandam obligant; & excellentiarum, quas in se cõtinet. Aspice illam profundâ valde meditatione: ac deprehendes, quod quemadmodum de margarita fertur, quod si aspiciatur ad lumen solis, appareat in medio eius nõ nihil sanguinis, quasi anima quæ circumstanti illam candori elegantiam adfert: ita etiam, si consideres, quæ intra istam vnionem sunt: inuenies in ea ipsum Christum Dominum nostrum, qui dixit: *vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum;* & ita in quocunque fratribus eius vnito, & coniuncto ipse est in medio cordis eius, pulchritudinem & vitam ei adferens pretiosissimo suo sanguine, & exemplo amoris sui erga nos: cum eum pro nobis effudit. Sanguis hic, & nima erit, vita, & pulchritudo vnionis tuæ: hic amor Christi tuum stimula-

Mat. 13. 45

Lib. 9. c. 33.
Vide Ludou.
Alcazar in
Apoc. 21. an.
notas. 37.

Mat. 18. 20

bit, ac

bit, ac viuificabit; & eius in amore imitatio faciet te omnino perfectum; præcipuè, si oculos conijcias in alia exemplaria, quæ idem Dominus tibi ob oculos ponit de quibus in proximo capite agetur.

CAPVT X.

VNITIO RELIGIOSA AD SIMILITVDINEM DIVINÆ; quos gradus, & quas res complectatur; & ad quid inclinet; ut in omnibus sit conformitas.

RELIGIOSORVM INTER SE CONIUNCTIO & vnitio, quæ ad eò perfecta prodit, dum sequitur & imitatur duo illa exemplaria in proximo capite posita: multò altiùs extollitur, si alia etiam imitetur, quæ Christus Dominus noster in Euangelio suo proposuit: amorem scilicet Dei erga nos; & æterni Patris ad Filium suum; & conunctionem, quam Filius habet cum æterno suo Patre, tresque Diuinæ Personæ inter se: unde ipsemet Christus Dominus noster, quæ homo amoris sui hausit perfectionem: quemadmodum ipse insinuauit, cum suis Apostolis dixit: *sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos*: Multò tamen ampliùs id significauit in oratione, quam ad Patrem suum fudit in ipsa nocte vltimæ cænæ, petens ab eo admirandam hanc vnitionem pro ipsis discipulis, similem illi, quam ipse cum Patre suo habebat. Et ut manifestaret magnam opinionem & æstimationem suam de illa, magna consideratione & rationibus repetijt quinque verbum illud: *b ut sint vnum*: quasi significare volens, hanc vnitionem quinque gradus præcellentes habere; & omnes illos, se optare, ac petere pro suis discipulis; sicut sensum iam declarabimus.

§. I. *Quinque gradus vnitionis.*

PRIMA VNITIO SIVE PRIMVS GRADVS vnitionis, quam petijt ipse Christus fuit intellectus & iudicij, propter vnã & eandem fidem: desiderans omnes conuenire in credendis eisdem veritatibus, & admittendis eisdem præceptis: sentientes, iudicantes, & loquentes bene de eis. Quamuis enim verum sit, ut ait S. Thomas: absque læsione Charitatis posse esse diuersa iudicia in materia opinionum, & rerum agibilium: Perfectio tamen huius vnitionis in hoc primo gradu, refugit iudiciorum contrarietatem, quæ prodijt à proprio iudicio cum proteruita, & contentione. Hæc enim solet esse mater discordiarum, inimica vnionis voluntatum, & Christianæ pacis venenm. Ideoque Apostolus hanc vnitionem in suis epistolis valdè seriò cõmendat, & nominatim Corinthijs, qui aliquas habebant diuisiones. *c obsecro, inquit, vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis oes; & non sint in vobis schismata: siis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia*: hoc est: procurantes summam conformitatem; quæ vobis erit possibilis; atq; si omnes eandem scientiam haberetis; & secundam epistolam

ad eol-

a Ioan. 15. 9.

b Ioan. 17. 11.

I.

2. 2. 9. 11. ad 2.

c i. Cor. 1. 10.

di. Cor. 13. 11

ad eisdem sic concludit: *de cetero fratres, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum.*

2.

Ex Hoc primo gradu progreditur ad secundum, qui est magis substantialis, & consistit in vnitione cordium, & voluntatum, ratione eiusdem charitatis; quæ illos impellit ad se inuicem amandos, quasi multa corpora animam vniam haberent; & multæ animæ cor vnum: ita vt conueniant in diligendis, & odio habendis eisdem rebus, iuxta Dei voluntatem. Eum in modum quo S. Lucas refert: *e multitudinis credentium fuisse cor vnum, & animam vniam.* Hanc vnitionem coniungit Apostolus semper cum prima. Nam ad Romanos dixit: *Deus patientia & solatii dei vobis id ipsum sperare in alterutrum secundum Iesum Christum: vt unanimes, vno ore, honorificetis Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi.* Sed maxime scribens ad Philippenses aperuit quæ hanc vnitionem faceret dicens. *g Si qua consolatio in Christo si quod solatium charitatis si qua societas spiritus si qua viscera miserationis: implete gaudium meum vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, id ipsum sentientes; nihil per contentionem, nec per inanem gloriam facientes; non qua sua sunt singulis considerantes, sed ea qua aliorum.* Non potuit Apostolus amplius exaggerare desideria quibus tenebatur, vt hæc vnitio inter fideles floreret: quam reponendo in ea omne tuum solatium & gaudium; & tanquam certa indicia eam proponens, amoris & commiserationis, quam illi erga ipsum haberent. Et quid aliud est desiderare, vt omnes eandem habeant charitatem: quam quod superma hæc virtus eisdem in omnibus fructus & effectus profertat, atque illa sola omnium voluntates dirigeret & gubernaret?

e Act. 4. 32.

f Rom. 15. 5.

g Phil. 2. 1.

3.

AD HANC secundam vnitionem perficiendam petijt Christus Dominus pro suis discipulis tertium gradum cui illa inniteretur. Est autem gradus hic, vnitionis omnium cum ipsomet Deo. Si enim omnes cum Deo sunt vniti, etiam erunt inter se; & si humanæ voluntates cum Diuina coniungantur, erunt etiam coniunctæ & vnitæ inter se ipsas. Vt autem certitudinem huius vnitionis significaret, voluit tertio ob oculos proponere supremum exemplar, quod habere potuit, dicens: *h sicut Pater in me, & ego in te: & ipsi in nobis vnum sint.* quod significabat, quemadmodum Pater & filius summam habent vnitionem in sensu, & voluntate, & in executione earum rerum, ita vt nulla sit in eis diuisio: & hæc vnitio oritur ex vnione sue vnitate, quam habent in vna eademque essentia: quia sunt vnus & idem Deus: ita proportionaliter iusti haberent summam aliam vnitionem in sentiendo, volendo & operando, siue exequendo quod Deus vult. Idque ex eo oriatur, quod omnes sint cum Deo vniti; vt vnus spiritus cum eo per hunc amorem perfectum. Ita vt eorum vnio non sit humana, sed diuina neque innitatur titulis carnis & sanguinis, sed sanctitatis ac Diuinitatis: accipi-

h Ioa. 1. 21.

en. 1.

entes tanquam exemplar summam illam vnitionem, quam Diuinæ personæ inter se ipsas habent.

SED vltiùs progressa est misericordia Saluatoris petentis pro suis *quartam* aliam vnitionem, magis specialem in ipsomet Christo vero Deo & homine, ratione eiusdem carnis etiam Diuinitate vnitæ: quæ datur omnibus in cibum in Sanctissimo Altaris Sacramento, de qua vnitione intelligunt SS. Cyrillus & Hilarius, quod Christus Dominus quarto loco dixit: *Ego claritatem, quæ dedisti mihi, dedi eis: ut sint vnium sicut & nos vnium sumus.* Quasi dixerit: dedi eis in cibum, corpus meum coniunctum cum Diuinitate, quam tu mihi dedisti: vt in virtute huius cibi sint vnium mecum, & inter se, imitantes vnionem, quam nos habemus: Idem significare voluit Apostolus, cum dixit: *vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane participamus.* Quid est multos esse vnum panem, nisi esse vnum Christum per imitationem? Nam quemadmodum omnes iusti realiter ac verè vnum eundemq; Christum sumunt, latentem sub diuersis Sacramentalibus speciebus, quæ etsi sint multæ, quod tamen latet, non est nisi vnum: ita omnes sunt vnium in ipsomet Christo, participes eius spiritûs, eiusque cælestium proprietatum,

VLTIMA magisque specialis vnitio est propter vnum eundemque statum perfectionis, in quo discipuli Christi fiunt vnū inter se vt eum cum ea excellentia ac perpetuitate imitentur, qua possunt illum in terra imitari: & de hac dixit quinto: *Ego Pater, sum in eis sicut tu in me: ut sint consummati in vnum: & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* Et quid est, esse consummatos & perfectos in vnitione, nisi, vt omnes hos quinque gradus in se coniungant cum magna constantia & perpetuitate, ad similitudinem perfectæ vnitionis, quam Diuinæ Personæ inter se habent? sicut ipsi Apostoli coniunxerunt, & perfecti Religiosi coniungunt: qui perpetuis votis sese dedicant ad procurandam & conseruandam vnitionem hanc in omnibus suis gradibus: donec in ea vitam hanc finiant. Hæc ipsa vnitio testimonium præbet præsentis Christi Domini nostri inter illos. *Nam vbi sunt (ait) duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum:* vt eorum vnitionem conseruem, eiusque feruorem perficiam. Eadem etiam vnio testimonio est, quod filius Dei missus fuerit in mundum à Patre suo: talis enim vnitio non potuisset fieri in terra potestate tantum humana: nisi ipsemet Deus eam inspiraret, & adiuuaret. Eadem quoque est indicium amoris Dei erga nos: quia vult nobis ea bona, in quibus magis sumus similes filio eius; & in vnione, quam cum suo Patre habet. Eadem etiam efficit homines consummatos: obsignans in eis virtutes Christianæ perfectionis. Vnio enim multorum, obligantium se ad

4.

Lib. 11. in 10
ann. 1226.
Lib. 8. de
Trin.

Vide ibi To-
letum.
i. vers. 2.
11. Co. 10. 17

5.

k. vers. 23.

1. Mat. 18. 20

manendum perpetuò in diuino obsequio, remotis perseverantiæ obstaculis, causa est, cur cum magna suavitate obtineatur vltima victoria, & corona. Id quod est in Religione valdè facile: Nam in ea profitentur Religiosi magis attentè ac sollicitè quinque illa, quæ hi gradus vnitionis efficiunt: subiectionem scilicet proprii iudicij, abnegationem propriæ voluntatis, & familiaritatem cum Deo per orationem; & frequentiam magis quietam ac piam sacre Communionis; & renunciationem rerum omnium, & inordinatorum ad eas affectuum: ex quibus dissensiones omnes oriuntur. Cum igitur vocatio religiosa eò dirigatur, vt hæc vnio procuretur in omni sua excellentia; non est parcendum labori quo ea obtineatur: sed semper ob oculos habendum, quod Apostolus dixit: *in Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: & pax Christi exulet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore.* Attendite, inquit, quod vestra vocatio sit, vt sitis vnum corpus mysticum, cuius partes sunt inter se summa cum pace & concordia vnitæ, sicut sunt partes ipsius corporis naturalis. Quam obrem super omnia contendite, vt in charitate excellatis: quæ vinculum est perfectissimum, quo virtutes omnes inter se ipsas colligantur; & easo cum ipso spiritu, & spiritus cum Deo, & voluntates omnium inter se mutuo colligantur & sic partes corporis mystici Ecclesiæ & Religionis sunt sibi magna cum læticia coniunctæ. Memento Religiose ait S. Bernardus: quod veneris ad Religionem, vt esses negotiator, & preciosas margaritas, virtutes scilicet, & bona spiritualia quæ teres nec contentus esto, si inferiora bona inuenieris; sed si maiora quæ & excellentiora perquire. Nil autem pretiosius inuenies vnitate, non igitur parcas omnibus cæteris propter eam obtinendam: sed ieiunijs, vigilijs, & orationibus audacter præfer vnitatem. Volo autem vt in ea quoque sic maneat: non quasi vnus ex omnibus, sed quasi cum omnibus vnus. Latum expande finem, & ex omni genere piarum affectionum claude intra viscera tua, vt omnibus omnia fias; & congaudere paratus & compati: gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus: vt amorem & vnionem cum omnibus habeas.

§. 2. *Alia etiam complectitur Vnitio Religiosa.*

EX D I C T I S licet aliqua magis particularia deducere, quæ Religiosorum coniunctio siue vnitio complectitur; & conferant vt illa conseruetur inter subditos & Prælatos antiquos & novos, & vnuersum inter maiores, minores, & æquales, cum vera & solida Charitate. Cuius spiritus, vt ait Sapiens, *unicus est, & multiplex*: sed eius multiplicitas dirigitur ad vnitatem; ad quam in singulis Religionibus efficit tres admirandos spiritus. Spiritum scilicet filij humilis, obedientis, suisq; maioribus planè subiecti; spiritum Patris zelantis, ac solliciti de bono minorum; & spiritum veri

fratris

in Colo. 3:15

Ser. 26 par. 11

a Sap. 7:22.

fratris affabilis, & iucūdi cū suis æqualibus. Et hac ratione charitas coniunctos illos retinet, vnūquemq; cū omnibus, & omnes cū vnoquoq; tanquā patres, filios fratres in Christo: cuius gratia & cognatio spiritualis non est minus efficax ad vnienda corda, quam ipsa natura & cognatio carnalis.

PRÆTEREA Charitas omnibus Religiosis communicat spiritum quendam valde zelosum rerum communium, in quibus omnes meritò debent esse concordēs. ligat enim eos funiculo triplici, qui valdè fortiter illos constringit. Nam ligat illos obseruantia vnius eiusdemque Professionis, & Regula: & illi colla sua demittunt, vt idem iugum sumant. Et quemadmodum iugum bouēs vnit qui illud portant: ita lex & Regula corda vnit, eam obseruantiam, quia omnes opponunt humeros ad eadem onera portanda. iuxta illud cuiusdam Prophetæ dicentis: *b seruient ei humero vno*, ita vt nec discordent, nec alter ab altero se separet. Etiam illos facit conformes, vt accurrant ad omnia opera ipsius Communitatis Religiosæ, non quærentes priuilegia, aut exemptiones pro libitu suo: & ita conseruatur omnium coniunctio, & vnio. Nam vt alius Prophetæ dixit: *c nunquid ambulabunt duo pariter nisi conuenierit eis?* hoc est, non poterunt multi simul esse, qui non sint concordēs. Ac denique illos inducit, & facit esse contentos loco, officio, & occupatione quæ cuius euenerant in communem omnium vsum; magis attendendo ad commune bonum quam ad propriam vtilitatem. Nam vt S. Augustinus dixit, charitas de qua dicitur, quod non quærat quæ sua sunt, præfert communia priuatis; & non contra propria communibus. Et quando omnes Religiosi in his tribus conueniunt, sunt perfectè inter seiplos vniti, ob integrā conformitatem in eodem modo vitæ. Quam vnitionem declarauit Spiritus factus tribus similitudinibus valdè iucundis in libro Canticum, loquens de partibus sponsæ suæ Ecclesiæ, quæ sunt maximè vnitæ, quales sunt Religiosi. Primum eas confert cum *d crine colli*, siue lintheo quodam capillari, quod tanquam collare circumdat collum eius. In quo, si bene attendamus, duplex est vnio: altera naturalis omnium capillorum, qui in eodem capite sunt radicati: quam tamen seruant etiam cum sunt sparsi: ac propterea altera additur coniunctio artificialis: qua coniunguntur, & colligantur aliqua vitta sericâ, aut alij cum alijs contextuntur, & infertis gemmis aliquibus, & pretiosis lapidibus, efficitur pulchrum quoddam collare, cuius olim erat vltus Propter primam vnionem iusti sæculares conferuntur cum crinibus, quatenus vniti sunt capiti suo, qui est CHRISTVS; & hac vnitione seruata, parguntur in varios status, & officia, voluntatemque obtinendi multa bona temporalia: & ita ait Ecclesiæ: *e capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad*. greges caprarum sunt iusti, qui pascuntur in monte Galaad, doctrina scilicet CHRISTI DOMINI nostri. quamuis

c Soph. 3. 9.

c Amos 3. 3.

In Re. c. 17.

d Cant. 4. 9.

Vide Mart. Dei. Rio.

b Cant. 4. 1.

instar caprarum non semper sunt ita coniuncti, vt non se ab inuicem separent, & ad varia studia animum adijciant. At Religiosi comparantur cum lintheo capillari: nam supra coniunctionem & vnitionem, quam habent cum capite suo Christo Domino, aliam addunt specialem, magisq; arctam. cum et gratia vocationis Religiosæ ligant sese vitta Professionis ac Regulæ: quod vinculum est perfectionis, sicut ipsa charitas; & sese alij cum alijs texunt per auxilium: quod in suis exercitijs mutuo sibi impendunt. Et ex omnibus conficitur collare quoddam, quod Ecclesiæ collum admirabili Obedientiâ, & subiectione, gemmisque variarum virtutum exornat. Ita vt cælestis eius sponsus dicat: *vulnerasti cor meum, soror mea sponsa; vulnerasti cor meum in crimine collisui*, siue lintheo capillari, quo circumdatur collum tuum. Summe enim placet mihi vnio, quam video in tuis Religiosis; & pulchritudo que ex ea tibi accedit. Etiam dicit eidem Ecclesiæ: *vulnerasti cor meum in vno oculo eorum suorum*: quam enim æqualitatem & conformitatem natura dedit oculis; dedit etiam Diuina gratia Religiosis, qui sunt perfecti. Vterque enim eundem occupat situm, & locum in alto, habentque idem operculum & clausuram similem, magnaque conformitate munus suum exercet, easdem res aspiciunt, & idem de illis sentiunt ac iudicant: simul aperiuntur & clauduntur; vigilant, aut dormiunt; eleuantur aut demittuntur; & ad idem latus simul se vertant. vt nulla inter eos sit dissensio. Quid igitur aliud est Religio: nisi vnio multorum oculorum valde sibi conformium in habitu & professione; adeoque inter se concordium, vt statim atque signum datur, aut pulsatur campanula, omnes surgant aut incumbant; eant ad chorum, ad triclinium, ad sua officia? Quæ quamuis distincta sint & varia: ad vnum tamen omnes finem tendunt, accurrunt enim omnes simul, quisque cum eo, quod ad ipsum spectat, vt illud obtineat: ita vt inter eos non sit iudiciorum diuersitas, quæ turbet cordium vnitionem, & pacem conscientiarum. Et quemadmodum quæcunque festuca etiam minima in altero oculorum existens tantam adfert inquietudinem, vt donec extrahatur, nulla sit requies: ita quæcunque adhit in vno Religioso turbatio, ita omnes torquet; vt non quiescant, donec illud offendiculum remoueant.

3. AN PLIVS hoc explicat tertia Spiritus sancti comparatio, qua dicit: *Dentes tui sicut greges tonsurum ouium*. Per dentes intelligens (vt ait S. Bernardus) ordinem Religiosorum, propter magnam similitudinem, quam in rebus Religionis suæ cum eis habet. Quemadmodum enim duo sunt ordines dentium, alter in parte inferiori, qui mouentur ad cibum masticandum & trandum; alter in superiori parte, qui quiescunt; & in vtroque est magna dentium varietas; alij enim sunt maiores, alij minores, aut æquales; & quisque proprium locum occupat valde firmiter, & cum tanta inter se vnione, vt

nihil

f. Cant. 4.9.

2.

3.

Serm. 63. ex
paruis.

nihil pati possint inter vnum & alterum, donec extrahatur: Ita in ipsa Religione ex Diuino Consilio sunt varij ordines personarum, quæ aut gubernant, aut exequuntur: & quisque suam stationem occupat, tenetque cum magna animi quiete & firmitate, ita vt non sit inter illos discordia. Et quælibet occasio alicuius offendiculi, aut dissensionis summam eis adfert inquietudinem ac dolorem; nec quiescunt donec illam remoueant. Ac propterea non comparauit dentes sponsæ gregibus caprarum redeuntibus ex pascuis, non nihil sparsarum; sed gregibus tonsarum ouium ascendensium de Lanoacro: quæ valde se coniungunt, & quasi alix alijs cohærent, vt mutuo se foueant, vt superius dicebamus. & omnes, inquit, ascendunt gemellis fœtibus, & sterili non est inter eas. Vnusquisque enim Religiosus, si sit qualis esse debet, contendit, vt in duobus actibus amoris, Dei & proximi, excellat: qui sunt quasi vterini fratres, & semper simul incedunt. Exercent se etiam in actibus aliarum virtutum, quæ animam & corpus perficiunt; & in operibus, quæ sunt de præcepto, & de consilio; ac denique in bene agendo semper coram Deo & hominibus. Et cum hac fecunditate suam conseruant vnionem: sicut cum adest sterilitas, facile illa læditur, ac sensim perit. Charitas enim non vult esse otiosa, & si perfecta sit, non patitur horum gemellorum & fructuum diuisionem, quando vterque pertinet ad perfectionem statûs, vt iam videbimus.

Trac. 3. c. 11.
& 12.

CAPVT XI.

PERFECTA CHARITAS OPPONIT SE DISSENSIONIBUS, & inordinatis amicitijs, quas falsa & imperfecta fouet.



VAMVIS VERVM SIT, OMNES IUSTOS obtinere posse & conseruare perfectam vnionem, quam Saluator noster pro illis petijt: negari tamen non potest, quin sint in sæculo multæ occasiones eam discindendi; & in Religione multo plures ad eam conseruandam. Cuius rei mirabilis præcessit figura in solenni illo sacrificio, quod Abraham obtulit Deo Domino nostro: ex eius mandato accipiens tria animalia a vaccam scilicet, capram, & arietem, & duas aues, turturem & columbam. Et animalia ipsa diuisit per medium, & vtrasque partes contra se altrius posuit, vnâ scilicet ad vnum latus, alteram ad alterum; aues autem non diuisit. Cumq; descenderent volucres alix rapaces, vt corui & vultures super cadauera, abigebat eas Abraham. Est autem verisimile illas accurrisse: vt cadaue-

a Gen. 15. 10

Kkkk 3

ribus

Lib. 16. de
Civ. c. 24.

b Luc. 10.
40.
c 1. 10. 2. 16

d Iac. 4. 1.

Serm. 2. in
Septuag.

c Act. 2. 44.

f Ioa. 19. 24.

ribus animalium maiorum, & apertorum cibantur; aut certe maiori impetu ac celeritate ad ea descenderent, quam ad auium corpuscula, que & parua erant, & integra. Quod totum S. Augustinus accommodat duobus hominum generibus, qui erant in antiqua lege, alij carnales significati per tria animalia diuisa; alij spirituales, significati per duas aues integras. Iidem autem sunt homines etiam in Ecclesia: coniugati enim diuites, & potentes sæculi, diuisi sunt in varios affectus, desideria, curas & negotia: quod status illius conditio, vt supra est dictum, requirit. Qui quamuis Deo offerant seipsos in sacrificia: id faciunt tamen cum diuisione quadam ac distractione ad multitudinem rerum terrenarum. Cum etiam de b *Martha* dicatur, quod *esset sollicita & turbaretur erga plurima*. Ex quo prouenit, vt magna cum difficultate conseruent vnionem, & pacem mutuam, nam & *concupiscentia carnis & concupiscentia oculorum & superbia vitæ*: quæ etiam significantur per tria illa animalia, sunt radix magnarum diuisionum, ac dissensionum: quia vnusquisque vult pro se voluptates, aut diuitias, aut honores alterius: cupiditas enim non est proprijs contenta: sed cupit habere aliena. Ac propterea S. Iacobus Apostolus dixit: *d bella & lites prouenire ex concupiscentiis* hominum: accurrunt enim aues rapaces, hoc est demones, vt cibentur ex eis. At viti spirituales (ait S. Augustinus) & præcipue Religiosi, tam solitarij qui per turtures significantur, quæ viuentes in cõmunitate, significati per columbas: has diuisiones non admittunt, sed eis strenue se opponunt: eligentes vnum illud, quod *Martha* non est assecuta, *Maria* verò elegit: offerentes integrum sacrificiorum holocaustum Deo, vnico suo & summo bono, cui placere capiunt in rebus omnibus. Qui cum innitantur huic cum Deo vnioni, & amplectantur humilitatem, paruitatem, mansuetudinem ac sinceritatem turturum & columbarum: facile vnionem cum omnibus seruant; & facilius resistunt oppugnantibus hostibus: eò quod radices euulserint discordiarum. Et quamuis oporteat etiam in Religione aliquam esse diuisionem, ac distributionem in rebus externis, quibus Religiosi vtuntur, & in varijs officijs, quæ obeant: non tamen propterea quicquam detrahitur cordium coniunctioni & vnioni. Et hoc modo explicat Sanctus Bernardus, quod dictum est de Abrahamo, quod animalia quidam diuisisset, sed aues integras seruasset: nam Spiritus, inquit, *Sapientia est vnica & multiplex*: quia res internas reducit ad vnitatem, externas verò diuidit prudenter: Eum in modum, quo primi Christiani *habebant cor vnum*, ne aues diuiderent, *diuidebant verò vniciquæ prout opus erat eis*: quasi diuiderent animalia. Et Christus Dominus noster, cui permisit externam suam vestem inter milites diuidi: non tamen permisit internam *tunicam inconsutilem* diuidi. Ex quo prouenit, quod quemadmodum homo naturaliter desiderat omnes suas partes vnitas habere, & re-

sistit cuius earum diuisioni: nam si aliqua ei auferatur necessaria ad ipsius
 conseruationem, statim mouetur; si uero ex alijs, manet mancus, & imperfe-
 ctus: ita charitas, quæ est animæ uita: summè optat unionem actuum suo-
 rum circa res omnes, quas uult diligere; resistit autè cuicumque earum diui-
 sioni. Si n. diuidatur: aut omnino perdit, aut remanet manca & imperfecta. Et
 ex his cognoscitur ac distinguitur charitas uera à falsa, & perfecta ab imper-
 fecta: falsa enim & imperfecta admittit & adiuuenit multas diuisiones, qui-
 bus ueram & perfectam impugnat. Eam in modum, quo duæ illæ mulieres
 (ut Sanctus Augustinus ad hoc propositum perpendit) contendebant cor-
 ram Rege Salomone circa infantem, cuius earum ille esset. cumque neutra
 sufficientem probationem haberet, iussit Salomon diuidi infantem: & quæ
 uera erat mater respondit: *obsecro date illi infantem uiuum, & nolite interficere
 eum*; sed, quæ uerè non erat mater, dicebat: *nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur.*
 & Rex Salomon ex eius responso, quæ cupiebat infantem uiuere, iudicauit
 tam esse ueram matrem. Et ex eodem indicio cognoscitur uera charitas,
 quæ cupit filium suum, amorem scilicet Diuinum, non diuidi, ne moriatur:
 falsa uero charitas, quæ est propria uoluntas, sub larua uirtutis uult illum di-
 uidi: dicitque neque amemus quicquid Deus iubet; neque tamen amorem
 eius prætermittamus in omnibus, sed diuidatur: & ego partem ueram mihi
 accipiam, tu alteram tibi accipe. Sed hac diuisione amor Diuinus iugulatur
 quia diuisus non potest uiuere: & qui filium occidit, etiam matrem necat.
 Charitas enim est uirtus supernaturalis & indiuisibilis: quam quodlibet
 mortale peccatum totam extinguit, & unionem aufert animæ cum Deo.
 Juxta illud Isaia: *iniquitates uestra diuiserunt inter uos & Deum uestrum*, &
 Oleas dixit: *diuisum est cor eorum: nunc interibunt*. Non enim potest uita gra-
 tiæ, & charitatis conseruari in corde contrarijs affectibus contra Dei iussa
 diuiso. Ex quo fit, ut quæcunque amicitia & unio inter peccatores & iustos
 non sit ex parte peccatorum amicitia, nec supernaturalis unio charitatis;
 sed coniunctio quædam humana: & ex hac parte est minus firma: licet gene-
 rali nomine uocari possit unio fraterna, similis ei quam efficit charitas.

§. I.

PRÆDICTA intelligentur melius, si referamus diuisiones, quas falsa
 charitas facere contendit. *Prima* diuisio est, qua diuidit amorem Dei ab
 amore proximi; iactans se, quod amet quidè Deum, & cultu ei debito eum ve-
 neretur: sed non uult amare proximum, quem potius persequitur. *Quæ* di-
 uisione etiam Dei amorem extinguit, nam (ut S. Ioannes dixit) *si quis dixe-
 rit: quoniam diligo Deum; & fratrem suum oderit: mendax est: Qui enim non diligit
 fratrem suum, quem uidet, Deum, quem non uidet, quomodo potest diligere? Et hoc*

Ser 200 de
tempore.

3. Reg. 3. 26

h. 1. ai. 9. 1.
i. Ose 10. 2.1. Ioan. 4.
20.

m. 17-

mandatum habemus à Deo: ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum: Cuius rigitur amoris præceptum diuidat, non diligens proximum: nec Deum diligit vero amore, quem idem præceptum iubet. Quare citò diuidet, quod superest de amore Dei: amabit enim, & honorabit Deum, cum aliqua beneficia ab eo acceperit, sed amare desinet, quando iste mittet aduersa.

2.

*ALIAS falsa charitas diuidit amorem proximorum: amando quidem amicos, sed odio habendo inimicos. Quemadmodum faciebant Pharisæi, quorum diuisionem reprobauit Saluator in Euangelio, dicens, ut omnes diligamus sicut Pater noster cælestis, qui non diuidit lucem & pluiam, ut Sol oriatur super bonos, non autem super malos, & pluuia descendat super iustos, & non super peccatores: sed omnibus hæc beneficia præstat dans eis hæc sui amoris indicia: Ita & vos non debetis diuidere vestras orationes, & salutationes & reliqua bona communia dando ea amicis, & excludendo inimicos, b *Si enim, inquit, diligitis eos, qui vos diligunt: quã mercedem habebitis in cælo: nam & Publicani hoc faciunt, diuidentes amorem proximorum, prout sibi commodum est. Sit itaque amor noster plenus, adeoque vniuersalis: ut omnes complectatur, etiam inimicos: in eum modum, quo id supra declarauimus.**

3.

*TERTIA diuisio, quam falsa charitas efficit, est inter ipsosmet amicos & fratres: fingens in eis falsas rationes inimicitia, propter quas eos odio habet: & ita efficit inter illos discordiam, Quæ duplex est: quædam vniuersalior, qua lædit, imò destruit vnionem & pacem communitatis, altera est magis particularis, qua destruit vnionem cum vno vel altero eius communitatis. Prima proculdubio perniciosior est, & vocatur schisma, aut seditio: quarum differentia, ut ait S. Thomas, consistit in eo: quod schisma læcerat spiritualement Ecclesiæ vnionem; tam illam, quam ipsa membra inter se habent, quam cum capite suo: hoc est Christi Domini nostri vicario in terris. Et suo modo etiam in Religione inuenitur schisma, cum spiritualis vnio, quæ in ea est, dissoluitur: Seditio autem conturbet communitatem, & factiones in ea excitet, ita ut etiam ad manus veniatur, aut alia graua damna oriantur. Et vtrumque hoc vitium oritur ex superbia & ambitione, cum pertinacia in proprio iudicio, & infernali quadam Furia ad vindictam sumendam; aut, quod intendit, obtinendum. Cum enim id non possint per media pacifica obtinere, clamant libertatem, & ita conculcant bonum totius communitatis, ut ipsi proprium obtineant. Nec aduertunt miseri homines, se per talem diuisionem, quantum in ipsis est, propriam suam matrem hoc est, Religionem destruere. Nã, ut Christus Dominus noster dicit: *omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur. Quod si vnus Dæmon non oppugnat alterum Dæmonem ne suum regnum desoletur: Dæmone peior est.**

b Mat. 5. 46

Trac. 1. c. 6.

1. 2. q. 29. a.

1. 2. q. 42. a.

1. ad 1.

Luc. 11. 17.

qui

qui diuidit regnum Ecclesiæ, & Religionis: cuius ipse est membrum: eam enim diuidere, est, velle destruere, quamuis id non obtinebit: quia Deus prodibit in eius defensionem; & ipse potius destruetur: manebit enim diuisus à corpore mystico, à quo eius vita dependebat. Hoc significabat mos ille Hebræorum, cum pactum aliquod, aut amicitiam mutuam inibant: diuidebant enim vitulum quendam in duas partes, & transibant per medium, quasi sibi imprecarentur: ita ego secer, & moriar sicut hic vitulus: si pactum hoc fregero, & amicitiam hanc rupero. Ac propterea dixit Deus per Ieremiam c viros, qui non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensu sunt in conspectu meo, dabo quasi vitulum, quem conciderunt in duas partes, & transferant inter diuisiones eius: hoc est: ego eos diuidam inter suos hostes, vbi secebuntur & conturbabuntur. Et in sacrificio, quod paulò ante retulimus, Abrahami, ad confirmandum pactum, quod cum illo inibat Deus, facta diuisione animalium, d apparuit Libanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas, ad significandum (vt ait Sanctus Augustinus) horrendum supplicium, quod illaturus esset ijs, qui pactum illud violarent: diuidens eos in die iudicij à bonis; & proiciens ad furnum siue clibanum inferni. Hunc igitur in modum qui pactum inierunt cum Ecclesia Catholica, aut cum Religione: debent semper vniti cum illa esse, debitamque ei obedientiam & fidelitatem conseruare. Quam vnionem si diuiserint, & ipsi diuidentur & separabuntur à bonis diuisione quadam summè horrenda, quam nisi tempestiue resciant per veram pœnitentiam; non poterunt illam postea reparare. Meminerint Dathan & Abiron, eorumque complicitum: qui ambitione sua excitantes schisma & seditionem in populo, se ab alijs separauerunt: & e terra aperiens os suum deuorauit illos; sed & ignis egressus a Domino interfecit reliquos schismaticos.

NVL LVs tamen mirari debet, quòd Deus Dominus noster hæc schismata in Ecclesia sua, & in Religionibus permittat: illis enim probat, exercet, suosque electos perficit iuxta illud Apostoli ad Corinthios: *Consententibus vobis Ecclesiarum, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo, nam oportet: & hæreses esse, vt & qui probati sunt manifesti fuerint in vobis.* Hæreses autem hic vocat in genere omnia iudicia erronea & pertinacia iudicij proprij eorum, qui separant se à communi sensu Ecclesiæ; & causa sunt diuisionum, quæ in ea excitantur; quibus oppugnantur ceteri iusti ac Religiosi, seruantes & sequentes vnionem communitatis. Qui conqueruntur de eis, dicentes illud canticorum: *Filii matris mee pugnaverunt contra me.* qui autem filij sunt matris eius, nisi Ecclesiæ & Religionis eiusdem, qui degenerarunt à filijs patris celestis, & oppugnant bonos qui gloriantur se tales esse, & velle matris suæ vnionem conseruare? In quæ verba S. Bernardus ad suos Monachos sic lo-

c Ier. 34. 18.

d Gen. 15. 17
Lib. 16. de
ciuit. 6. 24.

c Num. 16. 32.

1. Cor. 11. 18

g Cant. 1. 6.

h Isa. 132. 1.

quitur. Longe quæso à vobis facite semper horam abominabile & detestabile malum: vos qui experti estis & quotidie experimini, h *quàm bonum sit, & quàm iucundum habere fratres in unum*: si tamen in vnum, & non in scandalum. Alioquin nec iucundum planè: nec bonum; sed pessimum ac molestissimum. Væ autem homini illi, per quem vnitatis vinculum, iucundū turbatur. Iudicium profectò portabit, quicumque est ille. Ante mihi contingat mori, quàm audire in vobis quempiam iustè clamitantem: Filij matris mee pugnauerunt contra me. Nonne præsentis congregationis tanquam vnitas matris filij omnes vos estis: singuli alterutrum fratres? Quid ergo à foris vos conturbare, aut contristare possit: si intus bene estis, & fraterna pace gaudetis?

1. Pet. 3. 13.

k. 1. Co. 12. 31.

Denique i *quis vobis nocere poterit* (inquit) *si boni amulatores fueritis*. Quamobrem *amulamini charismata meliora*. vt bonos vos probetis amulatores: charisma peroptimum charitas est. Hoc igitur est, quod dico, Pax vobis à vobis sit: & omne, quod extrinsecus minari videtur: non terret: quia non nocet. Nam è contrario, quicquid foris blandiri apparet, nulla est profectò consolatio: si intus (quod absit) seminarium discordiæ germinauerit. Proinde, dilectissimi, pacem habete ad vos, & nolite lædere inimicem. Non factò, non verbo, non signo qualicumque: & ne quis fortè exacerbatus & preoccupatus à puillanimitate Spiritus, & tempestate, Deum interpellare cogatur aduersus eos, qui se læserint, aut contristauerint, & prorumpere in verbum graue contingat: *filij matris mee pugnauerunt contra me*. Sic enim peccantes in fratrem, in Christum peccaretis, qui ait: *Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis*: contra quem nimirum Christus anxie clamat de pectore fratris tui, quem contristasti: *filius* (inquiens) *matris mee pugnat contra me*; & qui simul mecum dulces capiebat cibos repleuit me amaritudine. Hac Sanctus

Mat. 25. 40.

Bernardus: qui ad eò vnionem communitatis commendat, vt suadeat, ex ea omnino dimitti eius turbatorem: nisi, post admonitionem & correptionem, sese emendet. Nam melius inquit est vt pereat vnus, quàm vnitas, quæ est bonum omnibus commune. Et quoniam communitatis discordia inchoari solet à discordia particularium: quisque quantum in se est, studere debet huius vnionis conseruationi; & peccata omnia fugere, quæ illam dissoluant: de quibus paulò post agemus. Neque contentus esse debet Religiosus, quòd non det alijs culpabilem pacis amittendæ occasionem, sed etiam cum talis ipsi ab alijs data fuerit. Tu (inquit S. Bernardus) accepta fortè iniuria (quod quidem interdum non accidere in his Conuentibus difficile est) non coartino more secularis alicuius obliqua referre fratrem repon-

Epist. 103.

sione festines: sed neque sub specie quasi corripiendi, verbo acuto transigere audeas: sed patienter eum tolerare, vt ibi commotio tua maturatur, vbi oritur, vt dicere possis cum Propheta: *turbatus sum & non sum locutus*.

Sermo. supra.

§. 2.

ALIAS DIVISIONES magis rectas efficit falsa vel imperfecta charitas, non odio aperto, sed minoris amoris indicijs: contrahit enim peculiarem cum aliquibus amicitiam in detrimentum aliorum, quos æquali amore tenebatur diligere. Qui, cū aduertāt, se minus diligi, iudicant se odio haberi, ac reijci. Et qui hac ratione amant, excedunt limites cōmunis amoris, cū non exiguis damnis, & inordinatione suæ Professionis ac perfectionis. Primum enim certum est, eos non fundare amorem suum rectè in Deo, neque in virtute; sed in motiuis mundanis carnalibus, & quæ aliquod emolumentum amanti adferunt: & impingit in illud vitium, quod *acceptio-nem personarum* in amore appellamus. Amant enim hos; plus quàm illos propter aliquem titulum indignum maioris amoris. Cuius vitij damna retulimus supra: estque valde perniciosum in Religione, vbi amor debet esse communis; eiusque motiuum non nisi vnum absque diuisione in motiua particularia, quæ possent pacè turbare; sed omnes suos fratres amando in Deo & propter ipsum Deum. Quod si peculiarem aliquem amorem habeant: is debet esse talis, vt amentur magis, qui sunt meliores; aut eo fine, vt tales euadant: quia Deus ira vult. Quod si humanum aliquod motiuum admittant, id adeò cautè fieri debet vt reliquos non commoueat, aut contristet. Si enim Apostolus dixit, vt abstineamus à cibo aliàs non prohibito, cū frater noster contristatur, aut scandalizatur videns nos eum comedentes: etià vult proculdubio, vt particularem amicitiam omittamus, propter quam turbantur & scandalizātur multi: *Si enim (ait) propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundū charitatem ambulas. Noli cibo tuo aut priuata etià amicitia illum perdere, pro quo Christus mortuus est.* Hoc confirmat S. Basilius præclaris his verbis: charitatem quidem habere inter se mutuam fratres debent non ita tamen, vt duo tresue seorsum à cæteris sodalitatē inter se coeant. Quādoquidem hoc non charitas est, sed seditio, & diuisio: & eorum, qui sic coeant, improbitatis indicium. Si enim Communis decus disciplinæ charū haberent, qui tales sunt, sine dubio cōmunem æqualemque aduersus omnes charitatem tenerent. Si verò ipsi à reliquis sua sponte abscissi, disunctique in cœtu cœtum efficiant, vitiosa huiusmodi amicitia conciliatio est. Quocirca danda studiosè opera est, ne vllus omnino in Conuentibus sodalitatibus istiusmodi locus detur. Et Sanctus Dorocheus Monachis suis suadet, huiusmodi colloquia & amicitias fugere, vt amicitiam diaboli; quæ spiritum corrumpunt, sui que profectus zelum extinguunt. Si autem proficere cupias: vnicū habeto locium, vnicum amicum; **DEVM**; & qui Deum timet: & cum eo loquaris, & conuerferis: Et is in domo Dei inops sit & renuis; in mysterijs autem diuinis, diues & plenus: Superioribus, Præfectis,

Tom. 2. trac.
3. c. 14.

a Re. 14. 14.

De Const.
Monast. c. 30.

& Ducibus suis subditus esto; & nimiam illorum consuetudinem deuota:
est enim laqueus quidam, qui desides & vecordes in perditionem & in interitum adducit.

2.

Lib. 3. mor.
c. 24. & lib.
34. r. 4.

Et vniuersim verissimum est, quod dicit S. Gregorius: quod quantum bona vnio & coniunctio bonis ac feruentibus prodest: quia se mutuo iuuat in sanctis exercitijs: tantum improba nocet improbis, & ignauis per eam enim euadunt valde pertinaces in suis consilijs, vt suorum votorum fiant compotes. Et quemadmodum graue crimen est, zizania inter bonos, qui recte concordēs sunt, seminare; ita est magna prudentia, diuisionem excitare inter bonos, qui male sunt vniti, vt mali eorum conatus retardentur & impediatur; & ipsi redeant ad vnionem cum communitate in rebus Diuini obsequij; aut saltem ne feruentium profectum ipsi impediatur. Nam quemadmodum, mari rubro in duas partes diuiso, poterant Israëlita absque impedimento ad terram promissionis transire: ita (ait hic Sanctus) si diuidatur praua vnio improborum, manet transitus expeditus vt boni bene coniuncti & vniti obtineant finem perfectionis, ad quam tendunt. Nec sine mysterio Patriarcha Iacob, cum in hora mortis vellet filijs suis benedicere: perueniens ad Simonem & Leui, qui coniuncti fuerant & vniti ad quandam crudelitatem perpetranda; loco benedictionis dixit illis spiritu Prophetico aliquas maledictiones. Ne tamen sine aliqua benedictione, etsi tecta & quasi laruata, manerent adiecit: *b diuidam eos in Israël, & diuidam eos in Israël.* Quæ etsi prima aspectu videbatur esse maledictio, in pœnam delicti eorum: erat tamen figura beneficij, quod male vnitis præstitit qui eos diuidit ac separat: vt ita non pergant in malo, quod praua sua vnione sensim adferunt, saltem sibi ipsis, ex iactura charitatis & perfectionis, quam profitentur. Nam, vt Sanctus Laurentius Iustinianus ait: qui hoc modo diligunt se in Religionibus, libentissime simul manent; & seorsim colloquuntur, quærentes angulos & loca abscondita, vt liberius id faciant. In qua re solent transgredi & concipere duas Regulas magni momenti; alteram de silentio, in locis & temporibus præscriptis seruando; alteram de non ingrediendo aliorum cubicula, aut loca alia prohibita: ex qua transgressione damnata illa incurrunt, quæ solent ex huiusmodi defectibus prouenire. Quod si dixerint se colloqui de rebus bonis: respondebit eis Psalmista: *silus à dominis.* Silentium enim Religiosum etiam obligat ad abstinendum à bonis colloquijs, certis temporibus & locis, ad tacendum constitutis. Et, vt Sanctus Augustinus ait: propterea Dauid silebat à bonis: ne laboretur in mala transiens à verbis bonis, sed tempore prohibito dictis, ad otiosa & inania; & ex his etiam ad noxia. Quod si dixerint: etiam benefacere sibi mutuo, & bona præbere consilia: respondebitur eis, quod quemadmodum Deo non placeat

b Gen. 49.7

Lib. de disc.
Alona. con.
uers. 6. 22.

c Psal. 38.3.

In eum Psa.

faci-

sacrificium, quod alieno igni offerebatur: ita non placent Deo bona ista opera: quia non coniunguntur cum igne Diuini eius amoris, nec puri amoris proximi; sed amoris proprii, & affectus inordinati: quibus talibus operibus miscentur. Purificent igitur in primis amorem, & in rectum ordinem amicitiam reducant: & tunc placebit Deo bonum, quod ex ea prouenerit.

Leuit. 10.1
Num. 3.4.
Eccl. 16. 61.

CAPVT XII.

QVÆNAM SINT DISSENSIIONIS ac discordiæ inter Religiosos radices & qua ratione mortificanda.

EX OMNIBVS QVÆ HACTENVS DIXIMVS clarè satis constat, quàm vera sit celebris illa S. Gregorij Nazianzeni sententia, quòd optimum & pulcherrimum in Ecclesia & Religionibus, sit ipsa vnio, pax, & concordia; pessimum verò & turpissimum, esse dissonantiam, pugnam, ac discordiam: Ac proinde omnibus viribus conandum est religiosis, unicuique in seipso mortificare quicquid hanc vnionem impedit: remouendo & euellendo discordiarum radices. De quibus fuse actum est tractatu 3. secundi Tomi, ed quod illæ omnibus Christianis sint communes. Hic autem adferemus sex quæ solent vnionem Religiosorum facile perturbare. Prima & præcipua radix est *superbia*, & propriæ excellentiæ appetitio, & arrogantia sui ipsius, proprijque iudicij: qui enim singularem se reputat inter multos: non potest pacem habere cum eis. Ac propterea dixit Sapiens: *inter superbos semper esse iurgia*. Et superbia fuit causa primæ discordiæ, quæ fuit in cælo Emphyreo, turbans *Religionem Angelorum*: sic enim eam Apostolus appellat, cum voluit Lucifer sedem suam super sidera collocare, & similis esse Altissimo. Hinc *secunda* oritur radix, ambitio scilicet ac desiderium honorum, dignitatum, ac Prælatorum super alios. Hæc turbauit Religionem Apostolorum, *cum facta esset contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior*. Nec tamen dicit quis eorum esset maior sed quis videretur. Huiusmodi enim contentiones sæpe innituntur apprehensionibus, & ijs quæ apud homines talia videntur; ideoque quisque cupit videri maior, quamuis reuerà talis non sit. Eadem ambitio turbauit quoque Leuitas antiquos, vt etiam *Sacerdotium sibi, suisque familijs vendicarent*. Et vniuersim iactantia, & inanis gloria, & reliquæ filix superbiæ dissonantiam adferunt ac dissonantiam. Et hinc prodit *tertia* radix, quæ est *invidia*, cuius tanta est feritas, vt quamcunque vnionem etiam inter fratres, siue carnales, siue spirituales dilaceret: vt apparuit in Cain, & in fratribus Ioseph, & in ipsis Apostolis: cum viderent filios Zebedæi attentasse, vt omnibus ipsis præferrentur; & in his ipsis duobus, cum suspicati sunt, S. Petri maiorem

Orat. 22.

1.
a Pro. 13. 10.
b Colof. 2. 18

2.
c Luc. 22. 24

Num. 16. 30

3.

De Conf.
Monast. 9. 15

Psalm. 8. 16.
Num. 17. 1.
1. Act. 9. 2.

5.

g. Pro. 29. 2. 7.
1. cap. 18. 14.
6.

h. Mat. 13. 25

S. Chrysostr.
Hom. 47. in
Matth.

Mat. 20. 25
Luc. 22. 25.

rationem haberi, quam ipsorum. *Quarta* radix est, cupiditas ac desiderium propriarum commoditatum in habitatione, cella, vestibus, & reliquis ad corpus spectantibus. Cum enim aditus datur vitio proprietatis: mox periculum imminet fraternæ charitati. Et, ut S. Basilius dixit, Societatis exilatio est, cuiuscunque rei in priuatum visu scuocatio. Nam statim oriuntur querelæ, & murmurationes: eod quod non habeant quicquid habere cupiunt, iuxta illud Dauidis: *e Si non fuerint saturati, murmurabunt.* Et quamuis primæui Christiani ad eod stupendam haberent mutuam coniunctionem, ut dictum est: cæpit tamé turbatio, & *f murmur* inter aliquos *eo quod despicimus in ministerio quotidiano sua nationis vidua.* Et forté illa querela cæpit ab ipsis viduis: nam in huiusmodi casibus turbatio incipit à minoribus. & imperfectioribus: nec desunt illis aliqui ex maioribus, qui eis patrocinentur, foveantq; discordiam: nisi remedium adhibeatur. *Quinta* radix esse solet, ingenium & constitutio naturalis, cholericæ, impatiens, & nihil aduersi ferre volens; & quacunq; occasione irritata reliquos turbans. Ac propterea talis naturalis constitutio est noxia & incommoda, ut in aliqua habiter communitate: iuxta illud Salomonis: *g Vir iracundus prouocat rixas: & h spiritum ad indignandum & irascendum facilem, quis poterit sustinere?* Neq; enim ipse pacem in se habet, neque alios habere permittit. Omnes has radices fouet *uoluptas*, tepiditas scilicet ac negligentia in obseruatione Regularum, & parua cura profectus proprii: vbi enim ignauia hæc & somnolentia præualeat, statim multiplicantur occasiones dissensionum, propterea siquidem dixit Saluator: *h Cum dormirent homines, venit inimicus, & superseminauit zizania in medio tritici.* ut intelligatur, quod quando Prælati Ecclesiæ & Religionum, aut ipsimet Religiosi dormiunt somnum scilicet pigritiæ & incuriæ accedit *diemon* & zizania seminat dissensionis, quamuis id non statim aduertatur. Que modum enim zizania, cum primùm prodeunt, similia sicut tritico: ita dissensio non statim in principio talis esse apparet: eod quod Religionis pallio, aut necessitatis alicuius, aut finis boni tegatur: cum autem crescit, laruam deponit, & ingentem facit stragem.

Quare in Religionibus summo studio vigilandum est, tam Prælati, quam cæteris Religiosis, in agnoscendis seminibus dissensionum, ut causas earum remoueant, & portam occludant tentatori, ne accedat ad seminandum zizania: quod si quid tale seminatum aduerterent, tempestiuè illud euellant; antequam crescat & propagetur damnum. Eum, in modum, quo Christus Dominus noster statim atque contentionem aduertit inter suos Apostolos, quis eorum videretur esse maior: eam interciderere studuit, antihidolum applicans humilitatis, dicens: *i quicunq; voluerit inter vos verè maior fieri, fiat sicut minor, & qui voluerit primus esse, fiat sicut ministrator, & seruus.* Et Apo-

stolus

stolus exhortans Philippenses ad mutuam inter se vnionem, dixit: vt *nihil facerent per inanem gloriam aut contentionem: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrarentur: non considerantes singula quae sua sunt, sed quae aliorum*, sic insinuans; per huiusmodi media conseruatq; vnionem, quam eis tantopere commendabat. Sed praeter hanc media addit Cassianus sex alia valde vtilia

PRIMUM est, contemnere rem quaecunq; temporalem, quae possit eam vnionem imminuere. Qui enim rebus omnibus renouciatit, vt Christo Domino in Religione seru ret, non debet coniunctionem & vnionem illam, in qua ipsa Religio consistit, dissoluere propter vllam rerum, quae sibi ad solum vsum superflua sit, ita vt *si quis ei auferat vestimentum, aut pallium, non prohibeat, accipere etiam tunicam: ne litibus & contentionibus aditum prebeat*, eligens potius etiam corpori necessaria dimittere, quam vnionem cum proximo laedere. Qui enim hac ratione rebus omnibus sese spoliauerit, non habebit alios turbandi occasionem. Ideo enim S. Lucas commendans hanc primorum Christianorum vnionem, & coniunctionem, subiungit: *in nequaquam eorum aliquid esse suum dicebat, sed erant illis omnia communia*, vt intelligeretur, quam essent in ea vnione firmi, & constantes. Secundum medium est strenue mortificare propriae voluntatis affectus, ita vt libentius aliorum, quam propriam faciant voluntatem; & abnegent proprium iudicium; vt alienum in rebus licitis sequantur. Qui enim negat sibi quod alias valde placeat, vt alijs se accommodet: non deseret coniunctionem cum illis. Tertium est, tantam huius vnionis opinionem & aestimationem habere; vt statuatur, eam omnibus mundi rebus praepone, etiam ijs quas maximè sibi expedite, aut necessarias esse existimat. Qui enim tanti eam initio fecit, vt venderit, aut abiecerit quaecunq; habebat; vt vnicam hanc margaritam sibi compararet: non debet minoris eam facere, vt possit eam conseruare. Quartum est certè apud se constituere: nullum ita aditum in se dare ob vllam causam, etiam quae ex ipsius parte iustissima videatur; ex proximi verò iniustissima; sed ferre cum hilaritate quaecunq; iniuriam & molestiam; velleo nomine, ne propria charitas, aut aliena laedatur, aut imminuatur. Et hic locum habet, quod dixit Saluator: *n Si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, praebe illi & alteram: vt is intelligat, te non retinere iratum & auersum ab eo animum, ob illatam iniuriam. Sed ulterius progredi debet charitas adhibito quinto medio: curando scilicet mitigare iram & indignationem, quam frater tuus habuerit contra te: etiam si nullam tu ei, ad eam excitandam dederis occasionem. Hic enim sensus est illius, quod Saluator dixit: *o si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum*. Neque ab hoc praestando erit sufficiens*

exculatio,

k Phil. 2. 3

Collo. 16. 6. 6

2.

1 Luc. 6. 29.

Mat. 5. 40.

m Act. 4. 32.

2.

3.

4.

n Mat. 5. 35.

5.

o Mat. 5. 33.

excusatio, quod nullam tu contra eum iram habeas: si enim ille te ipsa iram contra te habet; facileq; possis mansuetudine & humiliatione tua eum placare; sed id facere nolis, ex superbia, aut pertinacia: signum est, te parum illum amare; paruique aestimare ipsam vnitionem, & charitatem fraternam: cum in ea procuranda ad eum sis ignauius & negligens.

6.

ULTIMUM remedium, quod vniuersum omnia vitia destruit ac repellit, est, ita vitam tuam componere, atque si hoc ipso die esses mortuus. Morte enim temporali accedente omnes inimicitia, rancores, inuidia, & contentiones cessant, quare si semper cum hac persuasione viuas, quod fieri possit, vt tali die moriaris: facile omnes discordiarum radices euelles; nec patieris in corde tuo rem aliquam, quae placeat Principi huius mundi, cum ipsa mortis tua hora accedet, vt aliquid iuum in te quaerat. Quid autem magis ipsius esse potest, & magis illi placere; quam ipsa discordiae causa? Nam, vt S. Gregorius ait) quemadmodum nihil apud Deum est preciosius virtute charitatis; ita nihil magis daemone delectat, quam eius laesio ac destructio. Et qui ad id magis iuuat, discordiam seminans, est ipsi omnium amicorum charissimus: cuius opera vitur ad impediendum ascensum hominum in Paradisum, vnde ipse excidit. Cum igitur profitearis, te inimicum esse daemone: & quum est, mortificare & repellere, quod eum ad eum recreat; & iumme amare vnionem & charitatem, quam ipse tantopere detestatur.

HISCE sex remedijs extrahuntur sex manifestae radices dissensionis iam posita. Sed praeter illas possent adhuc aliae esse occultiores, & dissimulantes, ne cognoscantur. Aliquando occasione specialis amoris, quo se protequantur Religiosi eiusdem nationis, aut Patriae; aut qui sunt eiusdem Prouinciae, aut domus siue Monasterij, hi enim vniunt se, vt priuato illius bono attendant: & ita mutuo se iuuent. Quod quidem in se malum non est, sed bonum: si tamen ex hoc occasionem acciperent auersionis alicuius, aut dissensionis ab ijs, qui alterius sunt nationis, aut Prouinciae: ita vt propterea aliqui inter illos esset discordia: id iam non esset ex spiritu charitatis. Nam (vt ait Apostolus) *p Deus noster non dissensionis Deus est, sed pacis;* eius vero hostis est *q scissuras ponere in ciuitate Dauid,* & introducere diuisiones, factiones, & dissensiones in Ecclesiam & sacram Religionem: in qua varietas nationum, prouinciarum, ac domorum, quas complectitur, non debet esse quasi multae partes eiusdem vestis disluta, & ab inuicem separata: sed sicut vestis, quaedam polymita variorum colorum, & auro charitatis contexta. In qua omnes (vt supra est dictum) esse debent quasi eiusdem nationis, aut patriae & tanquam filij eiusdem Prouinciae, aut domus, summa vnione coniuncti, & absque vlla discordiae radice, quae eam laceret aut imminuat. Nec mirum quod hoc a Christiannis, & Religiosis exigatur: si quidem Alexander Magnus

3. parte Pa
stor.
Admonit.
24.

pi. Ca 14. 33.
q. Ista, 22. 9

C. 94

Lib de Fort.
Alexandri.

(vite.)

(vt refert Plutarchus) dicere solebat: ad pacem & concordiam Reipublicæ conseruandam inter nationes adeò diuersas, & ex se adeò sibi repugnantes, atque illæ erant, quas ipse expugnauerat: maximi esse momenti: vt mundum pro Patria; castra pro arce; bonos pro cognatis; malos pro peregrinis agnoscere. Hunc ergo in modum Christiani, multoquæ magis Religiosi, vt vnionem charitatis conseruare possint: habere debent totum mundum pro patria, & natione sua; & totam Religionem suam, etiamsi amplissimam valdequæ extensam, pro vna Prouincia, ac domo vna: ita vt se gerant tanquam fratres, & eiusdem matris filios. Aut, si magis propriè loqui velimus, cum S. Gregorio Nazianzeno: adeò viriliter & strenuè mortificandi sunt particulares hi affectus: vt nobis omnis terra, & nulla terra patria sit. Ita vt hinc omnes diligamus, atque si eiusdem nobiscum essent nationis, & patriæ; inde verò viuamus in hoc mundo, quasi peregrini, aut quasi in exilio: neque est aliquid quod id non quærentes excuset: siquidem vocationis nostre gratia, vt supra est dictum, ad id nos adiuuat.

POSSVNT aliàs exurgere dissensiones aliquæ, præferentes speciem cuiusdam zeli, consulendi bono communi, aut obligationi Officij, aut tuendi veritatem. Nam in Religione (vt ait Cassianus) hostis turbat vnionem aliquorum debilius, ex occasionibus rerum temporalium; & speciatim, vt eas custodiant, quæ ad ipsorum pertinent officium: id quod dissensionem adfert etiam inter grauiores ob diuersitatem iudiciorum, aut in doctrina, aut in negotijs quæ agunt: existimantes, se tueri veritatem, aut virtutem. Et hoc euenit inter eos, qui sunt eiusdem Religionis & multò ampliùs, si sint diuersarum. Quemadmodum enim cuiq; sua placet: ita solet displicere, quod videt in altera. Dicentes autem sicut Corinthij *ego sum Pauli, ego verò Cepha;* diuidunt Christum: quasi non idem esset in Cepha, & in Paulo: cuius spiritus, est vnionem ponere in omnibus suis membris, & in omnibus officijs, & occupationibus temporalibus, aut spiritualibus in bonum proximorum. Et quamuis difficilis sit vnio inter literarum peritos, qui attendunt disputationibus, ob diuersitatem sententiarum, quæ occurrunt in scientijs & doctrinis: Deo tamen Domino nostro id est valde facile: tribuereq; sibi honori, quod eam vnionem etiam inter eos pro gloria sua faciat. Quod insinuauit in illis verbis, quæ dixit S. Iob, spiritualiter acceptis: *numquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas, siue Pluuiæ?* loquitur enim de septem stellis, quæ sunt valde coniunctæ in cælo: & quando apparent magnam efficiunt pluuiam in terram, & referunt (vt S. Gregorius ait) viros Sanctos: qui tanquam stellæ splendent ob lucem vitæ ac doctrinæ. Qui etsi in diuersis sint locis & stationibus; sunt tamen sibi valde propinqui & vniti in prædicanda ac docenda veritate fidei, & sanctitate legis Euangelicæ, quam vnionem non lædunt

Orat. 28. 35

C 10.

Colat. 16. c.

8.

1. Cor. 1. 12

Iob. 38. 31.

Lib. 29. m. v.

c. 19.

Tom. 3.

M m m m

propter

propter diuersitatem, quam in rebus aliquibus habent. Gratia enim & charitas cum septem Spiritus sancti donis, potens est eos tenere coniunctos adhibitis medijs prædictis, & alijs magis particularibus, quæ proponuntur in tractatu de Magistris & Doctoribus.

CAPVT XIII.

PERFECTIO RELIGIOSORVM IN SVIS OFFICIIS, & nominatim circa res temporales; & alacritas in eis Obendis.

QUOMODVM CONSERVATIO ET PERFECTIO humani corporis multum ex eo dependet, vt diuersæ eius partes, quæ inter se coniunctas habet suis officijs perfectè fungantur; efficiuntque singulæ proprias actiones, ad quas in bonum totius corporis ordinantur: ita perfectio Religionis, & Religiosæ vnionis conseruatio potissimum dependet & consistit in eo, quod Religiosi exerceant, sicut oportet, ministeria, officia, & exercitia, quæ ad singulos spectant, in bonum totius Religionis, iuxta suum Institutum, Quæ ministeria siue officia ad tria genera reduci possunt: *Primum* est eorum, qui occupantur in operibus vitæ actiue corporalibus, quæ communitatem iuuant in rebus temporalibus, & ad conseruationem humanæ vitæ, corporis quæ; leuamen necessarium, quales sunt Ianitores, Sacristani, Infirmarij, Hortulani; ac reliqui qui emittunt & præparant cibos & vestes. *Secundum*, eorum est, qui occupantur præcipue in operibus vitæ contemplatiue, & exercitijs vocalis aut mentalis orationis: quales sunt dedicati ad assistendum choro; aut ex speciali vocatione deconsumunt, agendo cum Deo Domino nostro, aut in exercitijs speculationis & studiorum. *Tertium* genus est eorum, qui vitam ex vtraque mixtam sectantur, coniungentes orationi spiritualia actiue vitæ ministeria in bonum animarum. Quales sunt Concionatores, Cõfessarij, & omnium scientiarum Magistri. Et ad hoc genus reducuntur Prælati, qui reliquos gubernant, & conseruationi ac perfectioni attendunt communis boni totius Religionis & particularium eius Religiosorum. Quamobrem dicere possumus: Religionem esse domum illam, siue a *Castellum Bethaniæ*, in quod (vt ait S. Lucas) *Christus Dominus noster* cum suis Apostolis intrabat, & *Martha* satagebat circa ministerium ipsi Christo & Apostolis exhibendum; cuius soror *Maria* sedens iussit pedes Domini audirebat verbum illius. Qui enim ministeria obeunt temporalia, sortem habent *Marthæ*: quia seruiunt Christo Domino nostro in eam discipulis; qui autem attendunt operibus contemplationis, sortem habent *Mariæ*, audientes doctrinam cælestem in oratione & lectione, & suorum Magistrorum cum de studijs agunt. Qui cum proximis occupantur, sortem sequuntur *Apollorum*

Prælati.

a Luc. 10. 38.

lorum

lorum: quorū vocatio fuit ad eos iuandos. Prælati autē repræsentant personam Christi D. N. eos in ipsorum officijs gubernantis. Omnes tamē, vt in ea parte & occupatione, quæ eos contingit, perfecti sint, debent esse in Bethania, quæ significat domū Obedientiæ; non, n. propria voluntate ad hæc munia accedunt; sed ex obedientia & voluntate Dei, quæ innotescit per eum modum, qui seruatur in Religione: illos scilicet eligendi vt suo loco videbimus. Et omnia præterea quatuor hæc personarum genera officia sua obeunt in domo obedientiæ, ordinem sequentes ab ea præscriptum: ita vt etiā ipsimet Prælati in sua gubernatione obedientiam seruent: non enim gubernant aut iubent aliquid pro suo arbitratu, sed iuxta Religionis leges; & prout intelligunt Deum velle, & constituere. Ex quo fit vt Religionum perfectio potissimum consistat in prædictis duabus rebus exactè custodiendis: vt omnes scilicet ad officia & ministeria sua accedant ex obedientia; ita vt non adsint desideria, nec ambitiosæ tractationes publicæ, vel occultæ: sed vt quisq; eo officio sit contentus quod ex obedientia ei obtrigit, etiamsi minus honorificū; illudq; ex eiusdem præscripto exercent, horrens (vt supra est dictum) in vtrisque his rebus, proprii iudicij ac voluntatis consilia; & in eo voluptatem & solatium suum ponens, vt ea sorte sit contentus, quæ ei obtrigit; suamq; perfectionem querens in reddenda bonaratione officij & ministerij sibi commissi. Et quoniam de spiritualibus erga proximos ministerijs speciales postea instituentur tractatus: nunc solum de corporalibus agemus.

§. I.

QVI SORTEM habent Marthæ, si suam perfectionem assequi volunt, debent in primis magni eam facere, sibi omnino persuadentes: in domo Dei nullum esse officium vile, aut contemnendum, si Deus illud imponit. Nam vel solum, quod Deus id iubeat sufficit, ad illud nobilitandum: nulla, n. nobilitas, aut honor maior esse potest: quam facere quod Deus præscribit. Et viri spirituales, qui claros & perspicuos habent oculos, ad rectè iudicandum de rebus: non tanti eas faciunt propter id, quod ex obiecto suo habent: quanti propter Dei voluntatem in eis splendentem.

Civis rei apti testes sunt Angeli custodes: qui etsi aded sunt nobiles & insignes: non tamen dedignantur homines custodire, quia Deus id eis iussit; & æque libenter Angelus custodit aliquem seruum; atq; Principem. Non, n. tam sibi honori ducunt, quod talis persona ipsis obtrigerit: quam quod Deus velit, vt eam custodiant. Et S. Raphael, a *etsi vnus esset ex septem, qui est aut ante* Deum: induit tamen formam peregrini, & comitatus est Tobiam; ei que in itinere, quasi seruus eius esset, ministravit.

Sed maiorem adfert stuporem, quod ipsemet Angelorum Dominus, propter nos homo factus exercuit vsque ad trigesimum annum fabrilium

M m m 2

autem

Ex obedientia officia faciendæ:

1.

2.

a Tob. 12, 15.

3.

autem; & alia temporalia ministeria: & in quibus ita libenter sese occupabat: sicut postea in prædicatione, & miraculis edendis: eò quòd in his omnibus voluntatem æterni sui Patris agnosceret: nec sua maiestate indignum iudicauit, quòd tamdiu in officio ex se ad eò humili occuparetur: vt sic nos doceret, contentos esse debere quocunque officio nobis à Deo commutato, etiam si in oculis mundi non ad eò honorifico.

4.

b. 17. 18. 3.
S. Paulus.

HANC viam tenuerunt multi sancti valde insignes, virgo sacratissima, eiusque sponsus sanctus Ioseph; & post eos Apostoli, & quamuis S. Paulus ad eò esset in prædicando occupatus, non tamen negligebat propterea certis temporibus mechanicum officium exercere, artis b. *scenofactoria*, qua cibum cum sudore vultus sui compararet; & alios vilium aliorum officiorum quæros, animaret; ne ea exercere dedignarentur.

5.

HVC accedit, quòd mysticum Religionis corpus, varijs opus habeat personis, ad varia eius ministeria attendentibus: quæ tamen omnia in totius corporis commune bonum cedunt. Cui non minus pedes sunt vsui, quam manus; nec manus, quam oculi: quia cuiusque opera cedunt in vtilitatem omnium. Quare æquum est, vt qui officia obit temporalia, valde sit contentus sorte, quam Deus illi tradidit: vt cum ea vniuersæ Religioni seruiat, cum enim quòd est temporale iustis præbet; ab eis accipit spirituale; & particeps est fructus Concionatorum, docentium, ac gubernantium; propter vniõnem, quam cum illis habet.

6.

Tract. 7.

AD hæc eius status in Religione multò est securior ad salutem obtinendam, eò quòd sit humilior: maior autem humilitas maiorem adfert securitatem: quia talis status est magis expeditus ab occasionibus, & periculis cadendi: quam eorum, qui versantur circa res literarias & gubernationes: & fortè si in illis occuparetur ministerijs, non bonam eorum redderet rationem. Et Sapientia Diuina præuidens omnia, quæ enenire possunt, voluit paterna sua prouidentia præcauere illud damnum, assignans ei officium magis tutum, Horum omnium plures rationes pro solatio eorum, qui talia officia obeunt propõsitæ fuerunt in secundo tomo quò remittimus Lectorem.

7.

AD eadem officia, vt par est, æstimanda, & vt qui illis fungitur, bene sit contentus, iuuat etiam sanctitas: quam per illa possunt obtinere, exercentes corporalia misericordiæ opera, quæ Christus Dominus noster tanti facti: qui non à Maria, sed à Martha fuit cum suis Apostolis in domum suam exceptus. nam illa valde sollicitè omnibus ministrabat. cuius laboris pijsque ministerij copiosam postea accepit mercedem. Nec parua censenda est felicitas, quòd possit quis Christo Domino eiusque discipulis seruire, cibos eis quærens, ac præparans; totamque domum bene componens.

ET quamvis Martha esset sollicita, & non nihil turbata, ac de sorore Maria conquereretur; cuius tamen sortem Saluator ipse prætulit in Religione tamen bene potest utraque soror conuenire, & ita Marthæ occupationes obire, vt Maria non desit locus. Imò cum Deo Domino nostro chari sint humiles, & cum simplicibus sit sermocinatio eius: solet donum orationis mentalis illis communicari: e, qui huiusmodi obeunt officia: quia non sunt aded curiosi, atque sunt viri literarum periti; nec eorum occupationes ita intellectum abripiunt, atque scientia: Ideoque facilius possunt orationem cum occupatione coniungere; laborando quidem manibus, sed corde orando; & laboribus corporeis promerentur, vt suis temporibus Dominus det eis quietem, & spiritualem portionem.

AC DENIQUE, vt loco proximè citato dictum est quamvis is gradus & officium minus sit perfectum: qui tamen illo occupantur possunt maiorem obtinere perfectionem, quam alij perfectius officium obeuntes. Nam (vt Cassianus dixit) etsi qui ministeria obeunt spiritualia multum lucrentur: multum tamen etiam expendunt, & absument: varijs enim occupationum occasionebus quasi canalibus effluunt lucra, quæ acquirunt. Qui autem humilia obeunt ministeria, etsi non multa lucrentur: quia tamen intra suos limites se continent, pauca etiam absument, & ita lucra sua melius conseruant: quia paucioribus ea imminuendi occasionebus distrahuntur: etiam si enim lucrum sit exiguum, quotidie tamen continuatum, ac diligenter conseruatum, crescere ac proficere multum potest.

§. 2:

PLVRIMUM AVTEM AD ID refert, quatuor illa, quæ superius insinuauimus, diligenter obseruare. puritatem scilicet intentionis in officijs suis, vt Deo soli placeant non hominibus ob humanos respectus; Obedientiam in eorundem executione iuxta Regulas, à quibus non discedant propter carnem & sanguinem, aut aliquod terrenum commodum; charitatem & vnionem cum omnibus: præferentes eam rebus omnibus temporalibus domesticis; & Oracionem frequentem, quæ exteriora omnia opera comitetur; & simul præscriptum spiritualibus exercitijs tempus dantes, sicut reliqui Religiosi. Hæc quatuor sunt quasi alæ, quibus officium, quod terrenum videtur, ad cælum extollitur: suntque instar rotarum trahentium currum externarum occupationum cum magno solario & profectu; & eisdem distinguuntur Religiosi à sæcularibus. Nam (vt S. Gregorius ait) iusti non discernuntur aliquando à sæcularibus in operibus exterioribus, sed in modo ea faciendi. Vtrosque enim videmus concionari, eleemosinas facere, pauperibus ministrare, variaque negotia cum proximis agere: sæculares tamen & mundani homines ea faciunt ob fines inuidanos & terrenos, ho-

8.
Præu. 3. 32.

9.
Rom. 2.
Tract. 1. c. 7
Coll. 24. c. 13

Lib. 22.
Mor. 6. 25.



noris, lucri, aut delectationis: quia ipsamet inquietudine, quam hæc varietas secum adfert, ipsi oblectantur: Iusti autem feruentes eadē extorna opera præstant, eò quod Deus id præcipiat; spiritu tamen ac desiderio, aspirant ad vnionem cum ipso, conseruantes internā quietem, etiamsi onus ferant multorum operum externorum. Ex quo ait iste Sanctus prouenire, vt interdū ciues Ierusalem seruiant inuiti, & angarias soluant Babylonix; sicut ciues Babylonix inserviunt Ierusalem: quia secularis, qui bona hæc opera ob inanem gloriam præstat, videtur ciuis Ierusalem; cum tamen reuera sit Babylonix, ob ingentem internam confusionem, qua laborat: contra verò qui eisdem externis operibus purè propter Dei gloriam occupatur, videtur quidem Babylonix ciuis, cum reuera sit ciuis Ierusalem, ob internā, qua fruitur, quietem: suspirans æterna, acceptans verò cum resignatione, & quia aliud facere non potest, multitudinem occupationum temporalium. Hinc quoque prouenit Religiosos Sacerdotes, aut choro destinatos, & reliquos, etiamsi officijs & externis operibus distinguantur; nō tamen in virtutibus internis eiusdem Professionis, in quibus possunt esse æquales; imò minor potest magis proficere, quàm maior; potestque subditus, esse non minus perfectus, quàm ipse Prælatus, & ipse cocus, quàm Concionator. Quod si Deum & proximum plus dilexerit, erit ipsius vita gloriosior in spiritu: quamuis exterius vilior appareat; non enim officij; sed charitatis celsitudo efficit Sanctitatem. Nec sine mysterio S. Ioannes in visione, qua vidit Christum Dominum, ait: *a oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti.* Significabat autem (vt alibi perpendimus) partes corporis eius mystici, hoc est, Ecclesie & Religionis, tam qui in sublimioribus officijs, quàm qui in inferioribus sunt constituti: ardere in amore Dei; eamque magis acceptum Deo futurum qui vehementiori arserit igne. Ac proinde si pedes plus quàm oculi arserint, plaris fient & magis diligentur. Et tūc ex hac vita vtri- que recesserint, commutabunt loca: nam, qui in hac vita inferiorem habuit locum ibi obtinebit altiorem, iuxta illud Saluatoris; *beati sunt nouissimi primi, & primi nouissimi.*

Nōn, igitur est cur Religiosus anxius sit propterea quod in hac vita sit inter nouissimos, cum videt se officijs vilioribus occupari: sed soletur potius seipsum, animumque sumat ad ea cum perfectione, quam diximus obeunda: vt excellat in charitate & obedientia. quarum hæc vis est, vt extollant à terra ad cælum quamcunque actionem, quam illæ comitantur, quasi aliqua esset virgæ, quæ quicquid tangit conuertit in aurum.

EST nihilominus necessarium, vt Religio eiusque Prælati, qui merito alios debent esse perfectiores: singulari cura attendant, vt eos, qui inferiora officia obeunt, adiuuent, consolentur, & foueant: nullo modo eos contem-

nentes

a Apoc. 1. 14
Tom. 1. 114.
c. 2.

b Mat. 20. 16

nentes, aut parui facientes, sed potius vt Apostolus dixit: *c eiusmodi cum honore habentes*: quibus verè opus habent. Quorum officium, quò abiecius est & molestius, eò amplius ei est fauendum: proprijs siquidem expensis, hoc est, sollicitudine & labore, & absque magno apud mundum applausu, sunt pedes, qui totum corpus sustinent. Hoc confirmat S. Gregorius illa S. Iob sententia, *d quando lauabam pedes meos butyro*, applicans eam Ecclesiæ & Religioni, quarum pedes ait esse eos, qui temporalia negotia tractant. Qui, quòd in terra versentur, vix euadere possunt, quin aliquod vulnus accipiant, aut aliquo luto aut puluere inficiantur. Ideoq; necesse est Prælatos & seniores, qui merito esse debent maiori deuotione & interiori igne repleti, ob frequentiorum cum Domino nostro familiaritatem: applicent se ad huiusmodi pedes butyro lauandos: communicantes eis aliquid deuotionis, quam habent, crebris admonitionibus, cõsilijs, & monitis spiritualibus: vt ad sua interiora ingressi, sua opera examinent, culpas defleant, ac diuina mysteria meditentur: vt sic nouum recipiant feruorem, ad progrediendum in suis laboribus. Cum enim sint vnus corporis membra: æquum est, inquit, vt sicut eorundem ministerijs nostra externa fulciuntur, ita nostris studijs illorum interiora repleantur. Ad idem iuuerit non parum: (quod noster P. S. Ignatius in suis Constitutionibus præscripsit) vt ipsimet Prælati, & seniores exerceant aliquando eadem ministeria, vt hoc exemplo alios stimulent, opere ipso ostendentes, se non contemnere aut dedignari quod illi faciunt. Quamuis enim verum sit (vt idem S. Gregorius ait) eos ordinariè occupari altioribus ministerijs: tamen etiam vult Christus D. N. vt ipsum imitentur, humiliant: se ipsos ad abieciora exercenda, cum opus fuerit: memores quod eisdem manibus & faciem lauamus, & pedes induamus: nec propterea spiritus celsitudine frustrabuntur: quòd se ad humilia officia exercenda demittant.

CAPVT XIV.

RATIO ET MODVS TEMPORALIA MVNIA cum Spiritu & perfectione obeundi.

EX DICTIS IN PROXIMO CAPITE deducemus aliqua documenta ad reparandos defectus, qui maxime nocere solent huiusmodi Religiosis. quorum defectuum potissimus, & quasi fundamentalis, est inquietudo ac desolatio in sua vocatione & statu: quæ oritur ex Superbia & ambitione quæ tamen prædictis considerationibus reparatur, plurimi faciendo statum suum: siquidem maxime contemptus in domo Dei, multò honoratior est in eius oculis, quam sit maximus eorum, qui habitant in tabernaculis & aulis huius mundi. Qui tamen non propterea vel punctum humilitatis & reuerentiæ subtrahere debent ei qui

altiore

d Iob, 29. 6.

Part. 3. c. 1. 5. 19.

Lib. 19. 6. 14.

Documenta.

a i. Cor. 9. 21

b Eccl. 5. 20.

c Luc. 10. 40

altiore locum in occupationibus tenet. Humiles enim, cum extolluntur, non euanescent, sed magis sese demittunt; nec se dignos reputant, qui Dei seruis, ministrent: sed potius gaudent, quod vltimum occupent locum, & ad pedes omnium se abijciant. sequentes Apostoli Regulam, dicens: si a seruis vocatus es ad Religionem, & vt alijs in ea seruias: non sit tibi cura: sed etsi possis fieri liber, & statum seruitutis relinquere: magis eo vtire: vt sic in maiori humilitate viuas. b *Humilitas enim (vt ait Ecclesiasticus) coram Deo inuenit gratiam, qui ab humilibus hominibus honoratur.*

DEPOSITA igitur inquietudine per constantiam & firmitatem in sua vocatione: summa etiam diligentia conari debent, imperfectiones exuere, quae solent externas occupationes comitari, vt apparet ex eo quod Martha euenit, cum Christo Domino nostro, cum dixit: c *Domine est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare: Dic ergo illi, vt me adiuuet. Respondens dixit Dominus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium.* In quo colloquio quatuor insinuantur magis defectus, qui in huiusmodi Religiosis possunt inueniri.

I.

d Luc. 6. 41.

PRIMVS defectus est, quod quemadmodum Martha sororem suam Mariam iudicauit otiosam, ideoque conquesta de ea est, quod ipsam non iuaret; imò ipsum Christum quodammodo incuriae notauit, quod id non iuberet: ita hi Religiosi solent alios temerè iudicare, quasi otiosos; & neque charitatem, neque commiserationem erga ipsos habentes; neque in occupationibus & laboribus ipsos iuantes. Ipsi enim, vt potè imperfecti, nullam occupationem iudicant laboriosam nisi corporalem quae affligit, ac defatigat corpus. Ex quo prouenit: vt semper sint pleni querelis, & murmurationibus contra alios; imò interdum contra ipsos Praelatos, quos notant negligentiae, in attendendo ipsorum leuamini; & iubendo, vt alij eos iuuet. Quod autem hoc est aliud, si rem bene perpendamus: nisi temerè iudicare ac murmurare de ipsomet Christo: cuius nomine Praelati ipsos gubernant; & improbare, quod ipsemet Dominus approbavit, defendens quietem illorum, qui rebus spiritualibus attendunt? Sic enim multò magis ipsos iuuant, quam ipsi reliquos iuuent temporalibus suis occupationibus: eò quod multò excellentiora bona illi ipsis communicent. Nam licet pedes seruiant, & multum iuuent cor, cerebrum, & oculos: multò tamen plus pedes accipiunt ab eis, ad conseruandum esse, quod habent, & bene, suo munere vtendum. Et quamuis maiores, qui de rebus spiritualibus agunt, desint nonnunquam officio suo; nec praestent minoribus, quod alijs deberent: debent tamen sibi persuadere, huiusmodi defectus esse quasi d *festucas in oculis alienis; ipsorum verò temeraria iudicia, murmurationes esse quasi trabes in ipsorum oculis, quas praestaret flere, & à se eijcere, ad amouendum dolorem, quem adferunt;*

& impe-

& impedimentum, quod ponunt; siquidem cum eiusmodi querelis nunquam bene præstantur illa officia. *et impieant igitur (vt dixit Apostolus) legem Christi, portantes alter alterius onera,* cum patientia & lætitia. Nam ordinariè si ipsi aliquid ab alijs tolerant, etiam habent in se, quod alij tolerant.

QVOD Si altiùs harum querelarum radices respiciant, inuenient, vt plurimum eas prouenire ex eo, quod non sint satis sua humili sorte contenti; aut quod refrixerit pristinus vitæ feruor: & ideo horrorem laboris conceperint. Sicut Israëlita: conquerebantur & *murmurabant contra Moysen,* eò quod illos per viam ad eò asperam & laboriosam duceret. Est autè res certa displicentiam & tædium in officio; & ignauiam ac torporem in vita efficere, vt locustæ videantur gygantes; & labores ac difficultates parua, concipiuntur vt intolerabiles. Quam tamen prauam radicem, si mortificent, & euellant; statim quies & tranquillitas in officio, & feruor vitæ tantum illis animi addet, vt vel ipsos Gygantes deuorent, sicut famelicus aliquis panem deuorat: esuriunt enim laborare, & pati pro Christo: cuius amor efficit, vt vel grauissimum onus, illis videatur leuissimum. Studere etiam debent: vt mortificent modum quandam inuidiæ, quem illis adfert eminentia, honor, & quies, quam in alijs apprehendunt: quemadmodum filij Iacob magnum odium, & inuidiam conceperunt in fratrem suum Ioseph, cum audiuerunt *g manipulos, quos ipsi in agro ligabant, adorare manipulum ipsius Ioseph.* Cumq; hi Religiosi vident, suas in Religione occupationes multò inferiores esse, quam aliorum: quod est quodammodo illas adorare, & quasi prostratas ante eas iacere. Hinc inuidia oritur, turbationes, & querelæ. Humilitas tamen & charitas Religiosa animum eis addet, ad huiusmodi inuidiam mortificandam, dicens cum magno Baptista: *h illos fratres scilicet meos, oportet crescere, me autem minui:* illis locus excelsior competit, mihi inferior; gaudeo, me esse huius Religionis partem & fratrem horum Religiosorum, quorum occupationes ad eò sunt præstantes: vt dignæ sint, quas homines venerentur & adorent. Ero que particeps earum, cum non paruo honore meo; si eis seruiero meis occupationibus etiam humilibus. Sint feliciter fratres mei sicut Maria ad pedes Christi, quando quidem ipse Dominus ita vult; felixque sors hæc eis obrigit: nolo ego eorum quietem turbare: sed quo potero modo sicut Martha, illi seruiam. Cumq; non possim ad pugnam prodire, in qua licet animas lucrari libenter domi hæreo, vt laborem & sarcinas seruem eorum qui ad pugnam prodierunt: scit enim Dominus legem illam custodire, quam per os Dauidis constituit in Israël: quod *i aqua sit pars descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident spolia.* His igitur & similibus alijs considerationibus primus hic defectus reparatur.

AD ALIUD extremum declinant reliqui defectus: nam cum hi Reli-

Gal. 6. 2.

Num. 11. 1.
Eccl. 1. 10.
17.

Gen. 37. 2.

Joan. 3. 30.
24.

1. Reg. 30.

giosi cum voluptate quadam applicent sese ad officia temporalia, incidunt nonnunquam in secundum defectum obeūdi sua ministeria cum nimia sollicitudine anxietate, & turbatione. Quæ non à bono Dei spiritu, quo officium acceptarunt; sed ab alijs vitijs & imperfectis radicibus provenit. Interdum quidem à naturali constitutione nimis sollicita, inquieta, & anxia; interdum etiam oritur à proprio amore, qui se his operibus facile immiscet dum aliquod emolumentum, aut vanum finem respicit. Nimia enim desideria hominibus placendi, aut honorem aliquem ex eis consequendi, aut nimij timores eum amittendi, in causa sunt nimis sollicitudinis & anxietatis in ipsis actionibus; ita ut interiorem defectum potius admittant, quam labantur in exteriorem. Quare dixit Apostolus: *si hominibus cum nimia hac sollicitudine placere vellem Christi servus non essem.*

k Gal. 1.10.

3.

i Eccl. 11.10.
k Cap. 38.23

HINC tertius oritur defectus, cum se nimis, & supra vires occupationibus onerāt: ita ut multitudo spiritum obruat, contra consiliū Sapientis, dicentis: *i fili, ne in multis sint actus tui.* Et *k qui minoratur actum, & suas occupationes moderatur, percipiet Sapientiam.* Nimis enim occupationes ineptum hominē reddunt ad orationem & familiaritatem cum Deo: quia replēt spiritū curis pungentibus, & valde turbātibus. Hæ nimis occupationes oriuntur interdū ab aliqua vanitate: qua quis vult hominibus satisfacere; & obtine: e apud eos opinionem diligētis, & solliciti. Interdū nimia illa cura oritur ex indiscreto zelo, quo iudicat, se Deo placere, si multum laboret, suisq; fratribus in multis rebus inseruiat. Sed certū est, nimietatem illi non placere: quā reprehendit in

Luc. 10.41.

Martha, cū ei dixit: *turbaris erga plurima: cum tamē unum sit necessarium, ut scilicet omnes occupationes in eum finem dirigantur, ut soli Deo placeant; cuiusque solam voluntatem exequantur: sic enim sese mortificant, & radices euellūt utriusq; defectus. Cauendum tamē est, ne, ut hoc multarum occupationum extremum euitent, incidant in alterum otiositatis: quod est multo deterius. Nā prætextu non se nimis onerandi: nec sufficiens suscipiēt onus; & finito sui officij pēso, etiā si valdē limitato: hærebunt iunctis manibus otiosi, ut fugiāt laborē; nec sint memores admonitionis Salomonis, dicentis: *in vade ad formicam o piger, quæ cū non habeat ducē a quo urgeatur congregat in messe quæ comedat.* Et, ut Plinius ait, ferunt sæpē pondus corpore suo grauius quamuis cum magna sua quiete, & voluptate naturali, ut in alio loco exposuimus.*

m Fra. 6.6.

4.

Tom. 1. tra.
2. c. 9.

ULTIMVS defectus est, cum pax & concordia cum reliquis Religiosis turbatur ex occasione rerum ad ipsorum officia spectantium, prætextu sollicitæ conseruandi; ostendunt se enim arctiores & parciores, quam expediat in eis distribuendis; aut in modo eas concedendi. Qui defectus euenire solet, aut ex conditione, & moribus strictioribus, aut cholericis; aut ex nimio prudenti zelo, cooperto colore & specie paupertatis, aut obedientiæ. E

tamen

tamen (vt S. Dorotheus ad hoc propositum ait) est manifesta ignorantia, & contra Dei Domini nostri ac prudentum Prælatorum voluntatem; insignis enim est deceptio; iacturam facere eius, quod est maius: vt, quod minus est, conseruetur: multo quæ maius bonum est pax propriæ conscientiæ, & vnio cum ipsis Religiosis: quàm conseruatio rerum temporalium, & executio suorum officiorum in rebus huiusmodi. Nam primum est bonum spirituale; secundum autem corporale temporale; primum Religionis ipsius substantiam conseruat; secundum verò est accessorium; primum est tanquam pars quarta eius ad quod tendimus: secundum autem quasi octaua aut trigesima. Non itaque erit prudentia iacturam facere rei adeò pretiosæ, vt vilior alia conseruetur. Et contrarium (ait idem Sanctus) iudicium esse, eos facere officium suum ob inanem honorem, aut vt placeant hominibus; aut quod vitiosam aliquam proprietatem in res illas habeant. Cauendum tamè etiam illis est ab altero extremo, negligendi suum officium: vt aliquid prætermittant, quod ratione ipsius, aut ex præscripto Prælatorum seruari debent; sub eo titulo, vt vnionem cum omnibus seruent. Non enim est vnio veræ charitatis quæ conseruatur conculcando obedientiam, aut contemnendo bona communitatis. Et qui non posset pacem & concordiam cū alijs seruare, nisi ipse debito suo deesset; det saltem operam, ne ex parte ipsius defuit interna pax animarum, & charitas quam debet suis fratribus exhibere. Et sic satisfecerit omnibus, quæ statui suo Religioso debet: adhibitis etiam medijs alibi insinuatis.

Hos quatuor defectus vitabunt facillè Religiosi, si persuaserint sibi, suscipere se hæc officia & occupationes externas, tanquàm media propriæ suæ perfectionis iuxta naturæ suæ talenta & propensionem. Quamuis enim Religio quærat etiam aptam horum officiorum executionem, in totius Communitatis vtilitatem: præcipuè tamen intendit spirituale suorum filiorum bonum: neque cum animarum eorum detrimento vult aliquod augmentum rerum temporalium. *Quid enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur: anima verò suæ detrimentum patiatur?* Et (vt S. Laurentius Iustinianus ait) in die obitus nihil proderit, monasterij redditus auxisse: si adfuit aliqua spiritus iactura. Nam vt temporalia emolumenta quæruntur: debent etiam spiritualia quærri, iuxta illam Saluatoris nostri sententiam: *o hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Attendendum scilicet est temporalibus: non prætermittis spiritualibus: imò hæc primo loco tanquam magis necessaria & præstantiora collocari debent: cum ipse DOMINVS dixerit: *Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adicientur vobis.*

Ex Quo fit, vt huiusmodi Religiosi talia officia obeuntes, debeant quotidie tempus orationis & recollectonis accipere, quod erit necessarium ad

Serm. 4.

Serm. 15.

Tom. 2. tra.
3 c. 14.Mat. 16. 16
De di. Mo
n. s. conu.
c. 21.

Mat. 23. 23

Mat. 6. 38

De Instit.
Monast. c. 4.
S. Bonau in
spec. disc. c. 5.

spirituale animarum suarum bonum conseruandum; & præcipue diebus festis: in quibus studiosus tradere se debent exercitijs deuotionis, occupationibus temporalibus ommissis, quæ non sunt præcisè necessariz. Omnia enim tempus proprium habent. Et bonus Religiosus aliquo tempore debet se ostendere laboris amicum; alio verò studiosum recollectionis. Quod suadet Hugo de Sancto Victore, dicens: quò magis decens videtur quies in diebus festis; eò magis laudanda est occupatio in cæteris per hebdomadam dieb. Ita vt qui in diebus festis non amat quietem, indicium det suæ leuitatis; sicut quilibet alijs diebus non amplectitur occupationes, dat indicium ignauiz suæ, ac torporis. Leuitas enim in causa est, cur carnales nunquam quærant Sanctam quietem: & ignauia efficit, vt nunquam amplectantur bonam occupationem. Quamobrem studiosè distinguenda sunt tempora: vt enim opus paruum nunquam est laudabile; ita bonum opus extra tempus factum, est vituperandum. Decens itaque erit vt huiusmodi Religiosi diebus profestis maneant in suis officinis; festis verò, quando sunt ab occupationibus liberi, sint frequentes in templo, glorificantes Deum, ob accepta ab eo beneficia simul cum reliquis, qui ex officio sunt ad templum frequentandum dedicati.

CAPVT XV.

PERECTIO RELIGIOSORVM IN ORATIONE *mentali, & studio Recollectionis cordis in omnibus exercitijs spiritualibus.*



Cap. 1.

Lib. 1. de orando Deū.

VI SORTEM ET PARTEM MARIE IN RELIGIONE sequuntur: duplici via pergere solent iuxta duos modos Orationis, mentalis scilicet ac vocalis. Aliqui enim vel et Regulæ Instituto, vel ex Dei speciali uocatione aliquot horas expendunt in oratione mentali: quæ complectitur meditationem & contemplationem Diuinorum mysteriorum, rerumque omnium affectus deuotionis excitantium. Quæ oratio ad eò est propria Status Religiosi, eò quòd sit Diuino obsequio mancipatus: vt Sanctus Ioannes Climachus hunc statum definiens dixerit: Monachum esse, qui semper habet spiritum in Deum eleuatum; & orat in omni loco, tempore, & negotio. Oratio enim, teste Sancto Chrystomo, est anima & spiritus vitæ Religiosæ, ac perfectæ: quæ conseruat, auget, ac perficit Castitatem, Paupertatem & Obedientiam; & mutuam inter omnes coniunctionem, ac reliquas virtutes huius statûs proprias. Et S. Bonauentura

nauentura

calem: in qua Religiosi sese exercent, dum Canonicas horas persolunt, sine priuatim sicut alij sacris ordinibus insigniti: siue eas in choro cantantes, sicut Ecclesiastici ad id constituti: a quibus laudabilem hanc consuetudinem acceperunt, tanquam medium suae perfectionis. Eritque talis oratio eis vtilissima, si conentur tali spiritu eam exercere, vt etiam ignis deuotionis eos inflammaret. Nam (vt S. Bonauentura ait) omnes externae ceremoniae chori, officij diuini, & aliorum sacrorum ministeriorum, nisi cura debita deuotione peragantur, sunt quasi murus ex lapidibus absque calce, aut bitumine illos coniungente, confectus; & tanquam lampades virginum stultarum, non habentes oleum, quo lumen foueatur. Arida est omnis Religio, quae non oleo isto saginatur, instabilis est bonorum operum structura, quae deuotae orationis frequentia non compaginatur: nam, oratione deficiente, facile ruet. Et quicumque multum intepescit in huiusmodi exercitio, magno se periculo exponit deficiendi à sua uocatione. Nam, vt Propheta dixit, & a paries erectus absq; temperatura, qua lapides coniungantur, citò casurus est; & b domus fundata super arenam cum descendit pluuia, & flant venti, facile cadit.

§. 1.

SED QUONIAM de horis Canonicis proprius instituetur tractatus in quarto tomo, eò quod magis propriae sint Ecclesiasticorum: nunc eam tantum cordis recollectionem proponemus, quam adhibere debent Religiosi qui a elegerunt optimam illam partem, & VNVM illud, quod Maria elegerat: in quod omnes suas intentiones & conatus dirigere debent; renuntiantes, & strenuè mortificantes omnem solitudinem, turbationem, & effusionem cordis, quae huic VNI aduersantur. Nam (vt S. Dyopisius ait) eorum uocatio est: VNVM ipsum ambire, & ad sacram monadem cogi. renuntiantes non solum uitae diuinae coniugum, sed etiam imaginibus & phantasijs cordis, quae sunt domestici deuotionis hostes; & fures eam depradantes & è domo sua expellentes. Ipsa enim experientia nos docet, quòd etiam dum sumus in occultissimo loco recollecti, soleat cor nostrum fieri Marthae simile, sollicitum, turbatum, & in res plurimas effusum. Quemadmodum ait sanctus Iob: b cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum excitantes me à spiritali meae recollectionis somno. Nec tamen propterea animus tibi abiiciendus est, sed magna vi & fortitudine eas omnes reducere debes ad VNVM, qui est Deus: totam tuam attentionem & intentionem collocans in eo.

EST AVTEM summi momenti, vt semel tibi persuadeas: hanc attentionem valde tibi esse necessariam. Primum propter infinitam Dei Maiestatem, in cuius conspectu versamur, & cum quo loquimur. Est enim summa incivilitas, cogitare coram Deo, quod pùderet coram hominibus loqui: aut

cum

puse de sex
in Seraph.

: 3.

Ecc. 13.1
Mat. 7.26

Lu. 10.39

Eccles. Hic
arch. 6.6.

Iob. 17.11.

cum Deo loquentem, cum, lemi uerbo prolato, deserere: & conuertere te ad loquendum cum vili mancipio. Quid igitur dices, si aspicias extremam tuam vilitatem? Hæc enim cogit, coram immensa Dei magnitudine te ipsum contrahere & prosternere; nec e *audere*, sicut ille Publicanus, *oculos ad cælum levare*. Quomodo igitur audebis effundere oculos spiritus ad ea quæ geruntur in terra? Seraphin velant faciem, & oculos suos in conspectu Dei, ob summam reuerentiam, quam ei exhibent; & tu non velabis tuos, ne ad rem aliquam eos conuertas, quæ te separet à Deo? *Id Elias operuit vultum suum pallo, cum audiret Dominum venientem*. Et non operies tuum, ac te recolliges, videns ipsum Dominum esse, cum quo loqueris? Huc accedit dignitas & excellentia ipsius operis: nihil enim est in terra præstantius, quam familiariter cum Deo agere, eum diligere, laudare, & cum illo se vnire. Quare per excellentiam vocari potest opus Dei, & oratio Dei: vt propterea deceat eam fieri attentione ac reuerentia, qua par est: ne noxia tibi reddatur. siquidem *e male dicitur est, qui facit opus Domini negligenter*. Quod si operis excellentiæ adiungas necessitatem eius, qua tu laboras: hæc te multum impellet ad eam, vt oportet, faciendam. Mendicus enim, qui fame premitur, nec potest numerum labore cibum sibi acquirere, nisi mendicando: ipsa necessitate feruens efficitur in mendicando: & qui nouit suas necessitates & pericula spiritualia, exiguas etiam vires, & fortitudinem ad ea reparanda: is valde impellitur ad feruenter orandum: ne ipsa *oratio*, quæ in remedium suæ miseriæ dirigitur, ei fiat *in peccatum*. Si vitæ breuitatem respicias, & agoniam, qua orat qui sunt in mortis periculo constituti: hoc etiam permouebit te ad orandum cum spiritu: cum nescias, an hæc sit vltima tuæ orationis hora. Et quâuis non sit: satis est magna miseria, non te continere intra te ipsum breui illo tempore, quod accipis ad orandum. Et iure optimo reprehendet te Dominus, & obijciat: *g sic non potuisti vna hora vigilare mecum?* Attende, quàm multas horas CHRISTVS Dominus noster expendebat in oratione, nec qualicumque, sed *h in oratione Dei*: digna scilicet eo, qui orabat, & cui offerebatur.

Et semel quidem cum tanto feruore *i orauit*, vt cum summo suo gaudio fuerit *transfiguratus*; & iterum *k factus in agonia, prolixius orans, sanguinem sudauerit*. Cum igitur id totum factum fuerit in tuum exemplum: ne cum ignauia ac tepiditate facias, quod Saluator tuus cum tanto fecit feruore, non suæ, sed tuæ voluntatis causa. Attende item: quàm multas horas expenderint sancti in hoc feruenti exercitio, ob ingentem eius estimationem. Nec solum præcedentes respicias sanctos, sed etiam multos præsentis qui, dum tu in choro, aut in cella es totus distractus: illi sunt quidem corpore in eo loco, sed corde sunt in cælo. Excitent igitur te hæc exempla, vt tuas cogitationes recolligas, dum oras; saltem ob tuum proprium emolumentum; &

vt cœ-

2.

c Luc. 18. 13.

d 3. Re. 19. 13.

3.

e Ierem. 48. 10.

4.

f Ps. 103. 7.

5.

g Matth. 26. 40.

6.

h Luc. 6. 12.

7.

i Matth. 17. 1.

k Lu. 22. 43.

8.

vt cælestibus delictijs fruaris: quibus præcedentes Sancti, & nunc etiam fruentes tui socij fruuntur. Posito enim tibi esse orandum, magnæ prudentiæ est conari talem orationem habere, vt obtinere possis centuplum, quod in illa communicat Deus. Laborem etiam, quem initio orationis adhibueris ad te recolligendum, obtinebis ad eius finem magnam refectionem spiritus. Propterea enim dixit Salomon: *Melior est finis orationis, quam principium.* Quod si miserum est, non euadere hominem peritum eius scientiæ; aut artem, cui dat operam: quanto erit maior miseria, quod quis à Deo ad hanc artem & scientiam scientiarum, ad orationem scilicet, & familiaritatem cum Deo vocatus: sit tamen semper quasi Tyro, ed quod non bene recolligat cor suum? Quod si initio tuæ conuersionis Deus hoc te affecit beneficio, vt esses in oratione collectus ac deuotus: maior miseria est, quod tuâ culpâ tanto bono sis priuatus: quemadmodum illi, de quibus S. Augustinus, quod primis diebus orent feruenter; deinde, tepidè; postea, frigidè: ac denique negligenter. Denique ad hoc studium & sollicitudinem impellere te debet, quod videas maximam attentionem & conatum: quo Dæmones impedire te & retrahere ab oratione contendunt. Est autem iustum, & æquum, te esse prudentem sicut serpentes: vt quemadmodum ipsi inuigilant ad te effundendum ac distrahendum: ita tu omnem adhibeas diligentiam, vt mentem tuam collectam & stabilem serues. Decem his rationibus persuadere tibi debes, quanti sit momenti hæc mentis recollectio; & omnino credere, quod te ipsum effundere, sit te odisse; recolligere autem, sit te amare. Id enim significauit Salomon, dicens: *Qui possessor est mentis, diligit animam suam:* plurima enim bona sibi comparat, qui potestatem ac dominium super suas potentias habet. Contrà verò *anima dissoluta semper esuriet.* Non enim vitæ cibum. Et *in cor fatui est quasi vas confractum, & omnem sapientiam non retinebit.*

Ex quo fiet, vt si fueris prudens, ita exerceas reliqua tui status opera, vt cor tuum semper maneat integrum, non diuisum; & suatum cogitationum Dominium retineat, vt eas applicet ad familiaritatem cum Deo habendam, statim atque constituta hora imminet, dimissis alijs omnibus occupationibus: vt huic familiaritati totum tradas. Eum in modum, quo Maria, etsi occupata esset cum multis, qui venerant ad ipsam condolendum ob mortem fratris; statim tamen atque soror Martha ei dixit: *Magister adest & vocat te: illa surrexit cito & hospitibus relictis, venit ad Iesum, & cecidit ad pedes eius.* Quare etsi valde sis cum hominibus occupatus, debes eos dimittere (præcipue cum tales occupationes tantum sunt ob ciuiles mores) vt ad tuam orationem, ad chorum, & reliqua spiritualia exercitia, in eo momento te conferas, quo Deus te vocat: siue id fiat signo campanæ, siue à Religioso ad id constituto; aut interna inspiratione, quæ te ad id faciendum mouet efficaciter.

l Eccl. 7. 9.
9.

in Psal. 65.
10.

in Pro. 19. 8.
15.

in Eccl. 21. 17

o Ioa. 11. 29.

citer. Nec vacat mysterio, quod Martha sollicita & turbata erga plurima vocet Mariam, vt accedat ad pedes Christi, significat enim, quod ipsaemet occupationes nos prouocent, vt ipsi ad tempus relictis, accedamus ad agendum cum Domino nostro: nam ipsimet occupationi valde expedit auxilium, quod ab ipsa oratione ei accedit. In eo quoque aliquid latet mysterij; quod hospites, qui Mariam occupabant, videntes, eam, ipsis relictis, abire ad Christum, secuti sunt eam: quae tamen, nulla illorum ratione habita, cum peruenit ad Christum, ad eius se pedes prostravit. Naturale est enim, vt cum deseris occupationes, orationis habendae causa, illae etiam te sequantur, & occupent memoriam tuam; ita vt vix euadere possis earum importunitatem. Debes igitur viriliter eas fugere, & nihili eas faciens, proijcere te qua poteris quiete ad pedes Dei tui, cui tuas proponas necessitates. Quod si adhuc fuerint importunae, vt non pergas in oratione: non debes feruorem relaxare; sed earum potius importunitate prouocari, ad clamandum maiori feruore ad Deum, vt tibi subueniat. Eum in modum, quo sacrum Euangelium ait de quodam caeco clamante ad Christum transeuntem: *p Filii David miserere mei. Et quāuis qui praebant increparēt eum, vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Filii David, miserere mei, donec ipse Iesus iussit, illum adduci ad se, fecitque eum sui voti compositum. Quemadmodum autem caecus ille non voluit disputare cum illis, nec audire eos, qui ei dicebant, vt taceret; sed nihil eis respondens, vocem magis extollebat: ita non debes cum tuis cogitationibus & importunis imaginationibus disputare; sed, illis praetermissis & contemptis, orationis tuae filium continuare: ex earum importunitate occasionem accipiens ad orationis feruorem magis augendum. Nunquam enim cogitationum agme tibi nocebit, etiamsi tanquam *quasi* accedant ad perdendam suauitatem unguenti fragrantissimi, ac preciosissimi deuotionis: si eas semper abigas, nec pacem vllam ita cum eis in eas; vt aduertens eas patiaris in corde tuo haerere. Quod si eis resistendo, perseveres: Deus laborem tuum remunerabit: *abscondens te in abscondito faciei suae*. quod non peruenit *conturbatio hominum*. Et *proteget te in tabernaculo suo a contradictione linguarum*: quia earum murmur non inuenit ibi aditum. Opus enim est eius omnipotentiae ac misericordiae, praesentiam suam & amicam iucundamque faciem orantibus ostendere; dans eis tantam quietem, vt nihil tunc eos perturbet. Et huc fauorem exhibere solet Religiosis: qui, vt ipsi cum quiete seruirent, mundi strepitum reliquerunt: modò tamen ipsi, quantum in se est, abscondant se ad orandum eum in modum, quem Christus Dominus noster insinuauit, cum dixit: *cum oraueris, intrā in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito*. quod aiunt SS. Patres fieri posse, siue in cella, siue in choro, siue in campo: modò tuū ingrediariis cor; tuorumque sensuū ostia claudas; ac solum*

p Luc. 18. 38

q Eccl. 10. i.

r Psal. 30. 21

[Matth. 6. 6
SS. Hilar.
Cant. 5. 17
Matt. Aug.
concio 2 in
Ps. 31. Am
bros. 6. de

respicias Deū tecū ibi præsentē. Cū eo loquere, tuasq; propone necessitates; supplex orans, vt abscondat te intra se, ne quid accedat, quod te perturbet.

S. 2. *Alia deuotionis exercitia.*

EADEM QUIES & recollectio procuranda etiam est in reliquis vite contemplatiuæ exercitijs, quæ cōmiserantur & fouent ipsam orationem, suntq; valde propria Religiosorum sequentium partem Mariæ, de qua dicitur, quod a *sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius*. Id quod teste S. Thoma varijs perficitur exercitijs. *Primum* est audire conciones aut exhortationes spirituales, quæ fiunt de more in Religionibus, accommodatæ ipsi Religiosis. Quemadmodum enim Christus D. N. duobus concionum generibus utebatur; alijs toti plebi communibus, quibus & ipsi Apostoli fruebantur; alijs verò specialibus ad solos discipulos spectantibus, in quibus ea docebat, quæ ad ipsos spectabant: vt videre licet in prolixo illo sermone, quem habuit in cænaculo; quo eos est consolatus, animauit, ac docuit quæ pertinebant ad *mutuam inter se dilectionē*, ad custodiam mandatorum suorum, ad fiduciam, & frequentiam orationis, alijsq; valde perfectæ. Ita etiam præter publicas conciones, quæ ad populum Christianum habentur in Ecclesijs, refert plurimum, esse alias magis particulares pro solis Religiosis, siue viris siue faminis: quibus stimulentur ad proprii status perfectionem; & nominatim ad eam, quam Christus Dominus noster in prædicto post conam sermone commendauit. Et huiusmodi exhortationes ita sunt audiendæ, quasi ipsemet Christus eas haberet. Ipse enim ad cor loqui solet verba, quæ aure percipiuntur; & seminat semen suum in terra bene culta, vt fructū proferat centuplum; proficiendo quotidie in ea perfectione, quæ profiteretur.

Ad idem exercitium spectat etiam familiaris cum Prælati, aut Confessarijs, aut spiritualibus Partibus collatio & comunicatio: quæ utilior esse solet; & quasi gradus quidam ad familiaritatē cum ipso Deo. Nam (vt S. Greg. ait) generales sermones & exhortationes, quæ habentur ad multos simul, nō semper sunt ad eō accommodatæ necessitati cuiusque: sicut illa, quæ sit priuatim ab eo, cui talis necessitas est nota, suamq; exhortationem dirigit ad subueniendum ei. Quamobrem Christus Dominus noster non solum prædicabat in Synagogis, in montibus alijsq; publicis locis; sed accedebat etiam interdum ad particulares domos, vbi documenta & consilia tradebat valde proportionata eorū necessitati. Et ipse Apostolus fatetur, se *docuisse publice & per domos, nocte ac die, & monuisse unumquemq;* prout cuiq; expediebat. Huiusmodi particularis instructio est, quæ procul dubio maximè prodest ad vitia ex radice curanda, & virtutes eius statū proprias inserendas. Ex quo apparet ingens Religiosorū bonū: vt qui intra domū suā medicum habeat, qui eis medeat; Magistrum, qui doceat; Consiliarium, qui consulat, Con-

fessarium,

v. Lu. 10. 39.

I.

2. 2. 7. 180. 4

3. 114. 4.

b. Ioa. 13. 34

2.

3. par. Pass.

c. 1.

4. Act. 20.

31.

cessarium, qui eorum peccata audiat, & ab eis absoluat; & spiritualem Patrē, à quo in ijs suis exercitijs dirigantur. Et quod sæculares ex domibus suis ad Religionē accedūt, in qua sunt viri eminentes ad hæc officia præstāda, vt cū eis de suis necessitatibus agant: id inquam Religiosi habēt intra suas portas, & ad manum. Semper enim & in singulis Conuentibus habet prouidentia Diuina aliquem, vel aliquos: qui Duces aliorum esse possint, cum illorum magno solatio. Esset autem valde dolendum: si domestici non vterentur bono. quod externi apud ipsos quærunt, & inueniunt. Quibus aptatur quod Saluator noster dixit suis ciuibus in Nazareth: *d multos leprosoz fuisse in Israël sub Eliseo Propheta & neminem eorum mundatum esse*: quia nemo ad eū accessit: nisi Naaman Syrus, qui à remotis Syriæ partibus venit, vt sanitatē peteret, quam obtinuit. Ita vos non vultis fructū ex mea doctrina capere: quem homines reliquarū ciuitatū cum magno suo cōmodo accipiunt. Agnoscat igitur Religiosus bonū, quod intra suā domum habet; audiatq; cum spiritu doctrinā Patris, & Magistri, quē Deus illi assignauit; & confidat Sapientiæ diuinæ: quod per eos docebit ipsū, quod magis ei expediet, vt perfectus euadat.

d Luc. 4-27

ALIVD spirituale exercitium, in quo etiam auditur verbum Dei, est lectio factorū ac piorum librorum: quæ etiam est valde propria Religiosorū æquūq; est, eos habere destinatum tempus ad eam, sicut ad orationē. Iuxta sententiam. n. Sanctorū: quemadmodum in oratione nos cum Deo colloquimur: ita in lectione Deus loquitur nobiscum: & quod liber omnibus dicit, sensim applicat & accommodat internè ei; qui, vt oportet, ipsū legit. Et quemadmodum valde periti & eruditi viri quotidie aliquid legunt in libris suarum facultatum; vt vel aliquid discant, vel memoriā renouēt eorū, quæ didicerunt: ita & multò ampliùs perfectionis studiosi debent quotidie in libris spiritualibus legere. Et quamuis id non faciant, vt veritates aliquas nouas addiscant: cōferet tamē lectio illa ad nouas illustrationes, noua sensa, affectus virtutum, nouam famem ac sitim rerum æternarū à Deo obtinēda. Meminerit Religiosus, quod hoc ipsum nomen monet, quantam huius exercitijs curā habere debeat. Nam (vt S. Isidorus ait) illud nomen deducitur à relegēdo: quia (vt explicat S. Thomas) frequenter debet legere, & in corde suo ea euoluere, quæ ad cultum Dei & propriam statūs sui perfectionē pertinent. Legat igitur primū in libris; & postea, quæ legerit, ruminet ac meditatione digerat; & ipsa imitatione in cor & viscera sua immittat.

3.
D. Aug in Psal. 69.
D. Isid. lib 3 de summo c. 1.
S. Bern ser. 40. ad sororē

Li. 10. Ethi mol. c. 17. 2. 2 q. 81. a 1

VENIAMVS ad alia exercitia circa Sanctissimum altaris Sacramentum: quod est supremus deuotionis ac perfectionis fons; quā tribus vijs cōmunicat: per ipsam sc. sacrā cōmunionem, per Sacrosanctū Missæ Sacrificium, & per visitationes, quæ fiūt in ipsa Ecclesia: cū nos in eius cōspectu colloca-mus. In omnibus autē his modis præferūtur cæteris Religiosi; etiā nō Sacer-

4.



dotes: eò quòd supremū hunc Dominū habeant hospite, & cōtinuum habitatorē intra domos suas: vt nō sit eis opus, sicut sēcularibus, ex proprijs domibus exire, vt ad templū se conferant. Ideoq; Religiosi possunt facillimē sacrū Missā quotidie audire; & sēpius in die visitare, & orationē suā coram Sanctissimo Sacramento habere, & diutius in Ecclesia hærere, ac frequentius, quā sēculares, communicare: castitas enim & eius statūs perfectio ad id inuitat; vt expressē S. Dyonisius docuit, dicens: monachis dari consueuissē sacram Communionem in ipso suo ingressu: vt intelligerent: alio, quā sanctus Populus, modo, ad Cōmunionis Diuinæ participationem se admittendos hoc est, quòd debeant frequentius communicare, quā iusti Sēculares. Si enim ad eò fuit fortunata domus Zachæi, propter vnicū Christi Domini nostri in eam ingressum: & castellum Bethaniæ, domusq; Marthæ & Mariæ, ob frequentem ad eam accessum eiusdem Domini: quantò felicior erit domus Religiosorum, ad quam idem Dominus quotidie ingreditur; & continuè in ea habitat cum eadem charitate, & omnipotentia, qua ad illa loca accedebat? O quā aptè Religionī accommodatur, quod sit domus Zachæi: quod significat iustificatum, iustum aut purum: est siquidē domus animarum iustarum, mundarum ac iustificatarum per diuinū huius Sacramenti præsentiam: cuius virtute e salus huic domui facta est, & habitantibus in ea, qui ipsum honorāt, & venerantur, eiusq; regia præsentia fruuntur. f. Beatus inquit Scriptura diuina, homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostii mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet saltem a Domino. Quomodo igitur non erit beatus Religiosus, qui potest quotidie vigilare in ipsa domo, in qua Sapientia incarnata habitat: licet velo Sacramenti tecta? Nam verè, qui viua fide eam visitat, & inuenit, eiusq; præsentia fruitur: inuenit vitam & salutem spiritualem, fitq; omniū suorum votorum cōpos. Gaudeat igitur Religiosus, bonaq; sorte, quæ ei obrigit, fruatur tribus illis modis, quibus sanctissimū Sacramētum dona sua communicat. De hoc. n. iustitiæ Sole intelligitur, quod dixit Ecclesiasticus; g. tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exsufflans, & resurgens radijs suis, obruciat oculos. Montes sunt Religiosi ob Sanctitatis celsitudinē, quā profitentur: hos exurit Sol iustitiæ radijs accensi sui amoris tripliciter: nunc per ipsam cōmunionem, cū eam suscipiunt; nunc per sacrū Missā: cū eam audiunt; nunc per orationē: cū ipsum Sacramētū visitat, & in eius præsentia se cōstituunt; quod licet tectum nube specierum Sacramentalium: tantum tamen ex se emittit splendorem cœlestibus suis illustrationibus, vt intellectus obumbret, & oculos curiosos obrucet: vt sese dedāt & subijciant, creddēdis eius diuinis mysterijs.

Superest adhuc exercitiū aliud spirituale valde vtile: Examen sc. conscientie quotidianum: est. n. hic modus quidā practice orationis: cuius finis est

cognitio

C. 6. de Ecc.
Hierar. p. 3.

S. Hieron. de
nomi. Hebr.
in Matth.

c. Luc. 19. 9.
f. Prou. 8. 34.

g. Eccl. 42. 4.

f.

cognitio sui ipsius, suarumq; culparum & imperfectionum; ut aliis in humilitate fundetur, & cordis puritate obtineat, ut se ad Confessionem præparet, & admissos defectus emendet, & in futurum abstinat, & in suo profectu spirituali ulterius progrediatur. Et sic executioni mandatur, quod faciebat David: *h meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum.* Hæc enim meditatio non sistit in inveniendis peccatis; sed cor ipsum excitulat, ad sentiendum dolorem ac detestationem eorum, & ad purgandum spiritum; eijciendo ex eo huiusmodi sordes, ut ita mundus remaneat. Quod si adsit ad culpam aliquam valde addictus affectus, ut solet ærugo ferro adherere: alia lectio habet: *limabam spiritum meum*: ideoque talem affectum limare debet, & à suo spiritu euellere, adhibita lima mortificationis: ne novas iterum culpas eructet. Hic orationis modus est accommodatus temporis vespertino, finit is scilicet totius diei actionibus. Quamvis maioris esset perfectionis, si adhiberetur ad finem actionum præcipuarum: quasi illas reuidendo, ut defectus in eis admissi facilius deprehendantur. Aut saltem bis, aut ter in die, ad maiorem puritatem consequendam. Sed quoniam pro his omnibus exercitijs alibi tradidimus documenta magis particularia: ibi licebit Religioso Lectori ea videre, si cupiat vtiliter ea peragere.

CAPVT XVI.

PERFECTIO RELIGIOSORVM IN CORRIGENDIS aliorum defectibus, & acceptanda suorum correptione.

MEDIORVM, QUÆ RELIGIO, AD SVI CONSERVATIONEM, & filiorum suorum perfectionem obtinendam, habet; illud est vltatissimum, valdeque necessarium: correctionis scilicet, ad reparandas & præueniendas culpas ac defectus contra votorum ac Regularum obseruantiam, de quibus hæcenus egimus. Quamuis autem de hoc medio fusiùs actum sit in Tomis præcedentibus, eò quòd omnibus Christianis cuiusuis status commune sit: nunc tamen id præponemus, quod est Religionum, magis proprium: in quibus ordinariè sunt constitutæ Leges ac Regulæ obseruandæ in ipsa correctione, & punitione defectuum: eò quòd, attenta humana imbecillitate, illa sit valde necessaria: cum Sapiens dixerit: *a Septies in die cadis Inustus*; Et S. Iacobus Apostolus dixerit: *b in multis offendimus omnes*, Sed quoniam huiusmodi Regulæ, & consuetudines pro varietate Religionum, variæ sunt ac diuersæ: operæ pretium erit vnam quandam hic ponere ex ipso Sacro Euangelio desumptam: in qua minimum debent omnes conuenire; & ex eadem deduci poterunt particularia, quæ ad singulas Religiones pertinet. Ita igitur Christus Dominus: *c si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit*

Tom. 1. tra. 3
c. 9. & To 2
tra. 3. c. 5.
ac sequ. &
Tra. 4. c. 6

a Pro. 24. 16
b Luc. 3. 2.

c Mat. 18. 15

lucratuſ eris fratrem tuum: ſi autem non audierit adhibe tecum adhuc unū vel duos: ſi in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos: dic Eccleſia. ſi autem Eccleſiam non audieris: ſi tibi ſicut ethnicuſ & Publicanuſ. In quibus verbis triplicis modi correptionis fit mentio: vnus ſecretæ; alteriuſ publicæ coram alijs; tertiæ quæ fit Præſato & omneſ hi modi ſunt in vſu in Religionibus, ſpeciali magiſq; perfectō modo, quā inter ſeculares.

§. I. Qui corripere debeant.

PRIMA CORREPTIO eſt quam vulgò fraternam appellamus, eò quòd ſpirituſali fraternitati innitatur, quam omneſ Chriſtiani habent eo nomine, quod ſint filij euſdem Patris ſcilicet Dei & euſdem Matris, quæ eſt Eccleſia. in cuiuſ initijs omneſ Chriſtiani ſe fratres appellabant; & nunc eodem nomine ſe appellant Religioſi, vtpotè fratres in Chriſto, & filij vnivſuſ Matris, hoc eſt, Religionis, cuiuſ Regulam ſectantur. Voluit autem Saluator noſter, fratres appellare corripientem & correptum: vt intelligatur, correptionem non ex odio ira, aut ſine alio minus recto; ſed ex ſpirituſ fraternitatis, hoc eſt charitatis & miſericordiæ debere procedere: cuiuſ actum ait S. Thomas, eſſe ipſam correptionem. Si enim charitatis eſt infirmum curare, nudum veſtire, & egeno eleemoſynam facere: multò maioris erit, agrotantem in anima curare, & virtute induere ab illa exutum; & ſpiritualem eleemoſynam indigenti elargiri. Ac proinde ipſa quoque correptio competit omnibus, quibus nomen fratrum applicatur. Quare primuſ locus corripientis competit Præſatis, & ſenioribus tanquam fratribus natu maioribus; & hoc nomine præcipuè ad illoſ ſpectat officiuſ & munuſ corripientiſ minoruſ. Nam licet ratione officij aut ſenij cenſeantur eſſe Patreſ; id tamè potiùſ auget tituluſ & iuſ reliquos corripientiſ, qualiſ filioſ ſuoſ. Quamuiſ etiam eſt contra (vt ait idem Sanctuſ) minor poſſit maiorem corripere, cum debita tamen humilitate, & reuerentiâ conuenienti. Si enim Præſatuſ aliquid fecit dignuſ correptione: charitaſ incitat ſubdituſ vt eum moneat, & ab illo animæ detrimento eripiat; ſicut etiam eundem impellit, ad ſuam Superiorem iuuandam, & corporiſ detrimento eripiendum. Ex quo fit, vt etiam peccator, qui non propterea deſinit eſſe frater, corripere poſſit in aliquo deficientem: modò id cū debita humilitate faciat, & à charitate ſtimulatuſ: agnoſcens (vt ait S. Auguſtinuſ) ſuam propriam miſeriã; & quod ipſemet euſ remedio opuſ habeat. Et cū vnus a *Angeluſ* reprehederit *Balaam* per *os aſinae*: non miruſ eſt, ſi etiam peccator inſtrumentuſ fiat, ad corripieñdū peccantē. Quamuiſ ſi peccator ſit publicuſ, euſq; improbitaſ manifeſta: non ei competit munuſ corripientiſ: poterit enim redemptor ei dicere: b quomodo dicis fratri tuo: ſine eiſciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabaſ eſt in oculo tuo: e hypocrita eice primo trabem de oculo tuo; & tunc videbiſ eicere feſtucā de

1. 2. 9. 33. 41

4. 3. 4. 5. 1

a NN, 21. 23

b Mat. 7. 4.

LUC. 6. 41.

c Cū ex in-

ſerito de

Haretiſ.

oculo

oculo fratris tui: quasi ad rem nostram diceret: qui in anima habet scandalosi peccati trabem, non habet aspectum sufficientem, nec iudicium tranquilum, quale opus est habere, ad aliorum peccata corrigenda: prius itaq; agat de suis curacione, & tunc licebit etiam reliquos curare. Aptè autem tali conuenit nomen hypocrita: quia saluum correctio non prouenit ex charitate; sed ex superbia; & quia cupiunt haberi iusti, cum peccatores reprehendant: aut certè verbis, quæ proferunt, ostendunt se iustos: cum tamen sint cæteris peiores. In qua re (vt ait S. Augustin.) vsurpant sibi munus iustorum, quibus incumbit vitia reprehendere.

§. 2. Qua sint corrigenda.

MATERIAM Correptionis proposuit Christus Dominus noster, cum dixit: *si peccauerit in te frater tuus &c.* in quibus verbis omne genus peccatorum continetur. quamuis, si literæ corticè inspiciamus, videatur solū loqui de illis peccatis, quibus infertur iniuria ipsi corripienti: de quibus potest ipse delinquentē corripere: nō animo honorem suū præcipuè tuendi; sed desiderio lucranti animā fratris sui: eum impellendo ad penitentiam & satisfaciendum pro sua culpa; vt eius veniā obtineat. Et hūc sensum videtur S. Lucas respexisse, cū dixit: *si peccauerit in te frater tuus increpa illum* & *si penitentia egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fueris ad te, dices: paenitet me, dimitte illi.* In quæ verba SS. Ambrosius & Chrysostomus aiunt: Christum D. N. voluisse nos permouere ad cōdonandas iniurias, quibus ab alijs sumus affecti: monentes cū charitate afficiētē nos iniuria, vt illū peccati sui peniteat, & se emēdet. Et in eundē sensū ait S. Augustinus, quare illū corripis? quia tu doles quod peccauerit in te: absit. Si amore tui id facis, nihil facis. Si amore illius facis, optimè facis. Vt autē maiorem in eum charitatem ostendas, dixit Saluator: *vade corripe eū*: hoc est, ne expectes donec ille ad te veniat petere veniam; sed vade tu, & illum quare: sicut medicus ad infirmū accedit; & corripit eum, vt à vulnere, quo se ipsum læsit, sanetur: nā iniuria, qua te affecit, se ipsum læsit: tu autem, si patienter iniuriā tulisti, mālisti illa sus. Et ipse æquiori animo feret priuatā tuā admonitionem; attēdens, te seruādi eius honoris causā non manifestare eius culpā. Et cū dicit Dominus: *vade*: etiam insinuat, non semper expedire fratrem corripere statim, atq; ille peccauit: quando scilicet adhuc furor passionis feruet: sed tūc expedit tacere, & iniuriā tolerare; & parū expectare donec motus exacerbationis cōquiescat; tempus q; habeat, pacatè aduertēdi iniuriā nobis illatā: & tunc opportunè quærendus est, vt corripatur. Eum in modū, quo Deus D. N. cum peccauit Adamus expectauit, donec ille aduerteret, se b esse nudum; & nuditatem suam erubesceret, & cooperiret se folijs ficus: vt postea eum pro meritis corripere, vt se emendaret. Et quamuis non parua sit

Li. 2. de ser. Domini in monte c. 29 tom. 1

a Luc. 17. 3.
In Luc. c. 17
Hom. 6. in
Mat. tom. 2.
S. Hieron.
Mat. 8. 109
Salm. tom. 4
par. 2. Tr. 11
Serm. 16. de
Verb. Dom.
tom. 10.

S. Aug. li. 1
de Ciuit. c. 9
S. Dorotheus
serm. 17.

b Ge. 3. 2. 7



virtus, patienter tolerare iniurias; easque condonare petenti humiliter veniam: Religiosi tamen, maioris perfectionis sectatores, non debent hoc solo esse contenti: siquidem in eodem conuentu habitant, aguntque inter se mutuo tanquam fratres: sed qui iniuriam accepit, misereri debet animæ eam inferentis: & si intellexerit, beneuolam suam correptionem fore aptum medium ad eum lucrandum, debet illum querere; & hoc antidotum applicare, ne pereat.

c Zach. 2. 8.

Serm. 16 de
verb. Dom.
tom 10.
d 1. Cor. 12.
16.

2. 2. q. 47. a.
10. ad 2.

Ser. 16. ait.

Sed ulterius progreditur vis huius præcepti fraternæ correctionis: extendit se enim ad omnia peccata, quæ fiunt contra Dei Maiestatem; cuius iniuriam, si perfecta cum charitate diligimus, debemus propriam nostram repurare. Si enim eius erga nos amor in causa est, cur dicat: *qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*; & qui vos persequitur, persequitur me: & qui vos contemnit, me contemnit. Equum erit, nos ita esse cum Deo charitate coniunctos ut qui ipsius honorem tangit, aliqua eum iniuria afficiendo: iudicemus etiam cum, oculorum nostrorum pupillas tetigisse; & qui ipsum contemnit, repuemus, etiam nos contempsisse. Et eandem ob causam (ut ait S. Augustinus) quodcumque peccatum in proximos admissum, censendum est etiam commissum contra nos: siquidem amor facit nos vnum cum illis, & omnes sumus eiusdem corporis membra. Et ut ait Apostolus: *si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra*. Ex quo fit, ut cum peccatū est contra bonum commune: multo amplius censendum sit, esse contra nos ipsos. Nam (ut ait Sanctus Thomas) bonum communitatis est bonum meum; & nostrum dependet à bono communitatis, cuius nos partes sumus.

OMNIA hæc peccata continentur illo verbo *si peccauerit in te frater tuus*. Nam quicumque peccat contra Deum, aut proximum, aut contra bonum commune Ecclesiæ vel Religionis, *peccat contra te*; & omnia illa sunt materia correctionis. Sed voluit Dominus noster hac loquendi forma ut: *si peccauerit in te*; ut doceret (ait Sanctus Augustinus) certò sciendum esse, quòd peccatum corrigendum, sit admissum. Idem enim est dicere *in te*, quod in oculis tuis, aut in conspectu tuo, aut te sciente: sic enim culpa sua te afficit iniuria, quasi in despectum illam inferens in oculis tuis. Et quoniam Christus Dominus noster loquebatur de occulto peccato, dixit tantum: *si peccauerit in te*: nam qui in præsentia multorum peccat, in multos peccat: & culpa sua multos offendit, sicut dictum est.

DENIQUE licet præcipua correctionis materia sint peccata lethalia contra Præcepta aut vota, ob graue damnum, quod adferunt: est tamen etiam correctione digna, præcipue inter Religiosos, frequentia peccatorum venialium, defectuum, & imperfectionum contra Regulas; & multo amplius, quando ex eis feruor imminuitur; & obseruantia ac disciplina Religiosiana

tunc

tunc iam damnatum esset graue, contra commune Religionis bonum. Quamuis enim non multum noceat, quod vnus aut alter silentium frangat: si tamen is defectus in omnes irrepat: id verò valde perniciosum esset tot communitati: nam huius Regulæ contemptus sensim introduceret contemptum reliquarum, & Religiosam relaxaret disciplinam.

§. 3. Quando occultè, & quando publicè correptio sit adhibenda.

CORRIPIENDI modum præscripsit Saluator noster, cum dixit: *corripe eum inter te & ipsum solum*: non manifestando alijs peccatum, quod tu solus nosti; quia vel te tantum præsentè, vel scientè factum est. Ea enim est Christi Domini nostri voluntas: vt omnes studeant seruare in magno secreto aliorum delicta; & magnam habere rationem honoris proximorum; & quidem multò maiorem, quàm bonorum eius fortuna. Cum etiam dixerit Salomon: *melius est nomen bonum, quàm diuitia multa*, b *& quàm unguenta pretiosa*; Et Ecclesiasticus, *c curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni*. Nominatim autem in Religionibus plurimi fit bona fama & opinio tam ad frænanda vitia, quàm ad excitandum animos ad virtutes, & ædificandos ac promouendos alios in bono. Quare, qui occulta correptione mederi potest culpæ, quam solus ipse nouit: non debet eam cum infamia delinquentis, alijs manifestare: id enim non esset mederi, sed deteriorem, magisq; noxiam eam reddere. Qui enim culpam admittit, vt suum tueatur honorem, negabit culpam, cuius eum moneas, & irritabitur contra te, quasi eum infames. Est quoq; lex naturalis: *d quod tibi non vis fieri, nec iusticias proximo*. Cùm igitur in hoc casu, iure tuo nolles, alterum manifestare tuos defectus: nec tu debes aliorum defectus manifestare.

HINC excipiendi sunt particulares aliqui casus, qui magis hoc declarant, & moderantur. In primis enim (vt S. Augustinus ait) obligatio hæc non habet locum, quando ipsum peccatum est publicum: nam qui coram multis peccauit, ideoque illos offendit: dignus est, qui corripiatur & reprehendatur in præsentia omnium: iuxta illud Apostoli: *e peccantes, coram omnibus argue: vt & ceteri timorem habeant*. Et in Leuitico dixit Dominus: *f non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum; ne habeas super illo peccatum*. Quamuis verum sit: quòd etiam, cum peccatum est publicum, correptio sit utilior, quæ fit in occulto: vt peccantis emendatio sequatur: licet, quando etiam quaeritur aliorum timor, & profectus, aut peccator est obstinatus, meritò debeat publicè corripi.

HINC etiam prouenit, vt quando priuata correptio non sufficit ad emendationem delinquentis: progrediendum sit ad publicam, vt *corripiatur coram*

a Prou. 22. 1.
b Eccl. 7. 2.
c Eccl. 4. 15.

d S. Tho. 2. 2. q. 35. a. 7.

d Tob. 4. 16.

I. Ser. 16. sup. c. i.

c 1. Ti. 5. 20
f Len. 19. 17

uno vel duobus testibus: ut ipse Dominus dixit; aut manifestando ipsum peccatum alicui, maiorem auctoritatem ac dexteritatem habenti, ad eum corripiendum: quamuis hinc aliqua sequatur honoris & opinionis eius iactura. salus enim spiritualis animæ, pluris facienda est, quam honor & opinio hominum: quare si utrumque non potest conservari simul: primum est secundo præferendum iuxta illud Christi Domini dictum: *quid prodest homini, si mundum univrsam lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur*: Cum igitur ipsemet in causa sit, non acquiescens priuatæ correptioni: æquum est penam subire infamiae, quæ oritur ei ex eius culpæ manifestatione, cum eius remedium hac ratione speretur.

3.

QVARE, qui sciens fratris sui delictum, non habet talentum & necessariam aptitudinem ad eum corripiendum & potius existimat, admonitionem suam nihil profuturam: is, inquam, potest ac debet id alteri significare, de cuius prudentia & animi robore speret, quod possit hoc officio cum fructu fungi. Quamobrem licet Religiosis, in hoc casu rem totâ ad Prælatum deferret: non tanquam ad iudicem, sed tanquam ad patrem. Nullus enim apertius poterit reparare defectum, aut occasionem, & radicem eius remouere. Ita expressè S. Basilius docuit his verbis. Quicquid est, in quo peccetur, referri ad Antistitem debet, siue ab eo ipso, qui peccatum admittit; siue ab ijs, qui illius conscij sunt: si illud ipsi curare nõ possunt, & mederi eo modo, quo præceptum est à Domino, &c: Nemo sit ergo, qui peccato alterius latebras querat, ne pro amore quem fratri debet, exitium illi conciliet. Quibus S. Thomas & graues alij Doctor s addunt: quòd si is qui alterius peccatum nouit eertò existimet: Prælatum multò melius, tutius & efficacius quàm vllum aliũ, posse peccatum corrigere: poterit, nulla alia via quæ sita, statim ipsi Prælato rem manifestare: ordo enim correctionis prædictus seruandus est, quatenus à charitate, quæ ipsius ordinis est Regula, depèdet. Eius autè perfectio exigit, vt maius spirituale bonum fratris præferatur temporali eius damno. Eum in modum quo medicus adhibet medicamenta acerbiora: eò quòd ea sint efficaciora ac tutiora: licet potuisset tentare, adhibendo alia molliora.

EST autem adhuc magis certum, quando culpa aut defectus cedit in aliorum detrimentum; & multò adhuc magis, si in boni communis damnum, bonamq; Religionis opinionem. Vt enim ait idem S. Thomas: in tali casu culpa non est contra ipsum solùm, ideoq; præceptum non loquitur de illa, vt seorsim corrigatur. Bonum etiam commune præferri debet particulari; & vt multorum bonum securum sit ac tutum, eligendum est optimum, & efficacius medium: siquidem hoc ipsum cedit in maius spirituale bonum patientis damnum temporale, siq; rectum, vt peccans id ipsum velit; & Religionis honorem particulari suo anteponat. ita enim S. Augustinus torpis

est. pars.

g. Matth. 16. 26.

D. Doroth. serm. 4.

Reg. 46. ex Fufis.

cc
cc
cc
cc
cc

Quod l. 11. a. 13. Syluest.

Corrèct. 9. 7.

S. Bonauen.

in Luca 17.

Gabri. Lect.

74. in Can.

lib. 5.

Gerf. 2. 9. q.

de Corrèct.

proximi

Tract. 54.

S. Ans. 2. p.

117. 9. c. 1. &

alij.

4.

2. 2. 9. 33. a.

7.

Li 3. Confes.

c. 8. tom. 1.

est pars, quæ suo toti non conuenit; & quæ non se exponit cuiusq; periculo pro totius conseruatione. Et idem amplius confirmatur, nam qui Religionem ingreditur, sicut est Dominus bonorum temporalium, ita est sui honoris ac famæ: ac proinde potest in ipsam Religionem, dominium suæ famæ transferre, sicut bonorum temporalium. Et, cum ordo fraternæ correctionis sit constitutus ad eius famam conseruandam: potest ipse iuri suo cedere: & offerre Deo suo ac Religioni generosam hanc voluntatem: ut omnes sui defectus possint Prælati manifestari, per quemcunq; qui illos extra Confessionem cognouerint, in eum finem, ut illi ipsos corrigant, ac dirigant, sicut ad obsequium Diuinum magis expedit. Quare in quacunq; Religione talis esset Regula, tenentur Religiosi eam seruare, eiq; acquiescere: gratias Deo agentes, quod talem ipsis dederit voluntatem ad consequendam maiorem excellentiam humilitatem, puritatem, & Euangelicam perfectionem. Omnia prædicta debent etiam intelligi, quando materia est grauis: nam de leuioribus defectibus dubium non est, ut ait S. Thomas, quin sit valde laudabilis consuetudo Relig. onū: ut in suis Capitulis, & locis ad id deputatis, etiam nulla præcedente admonitione priuata, manifestentur huiusmodi defectus ad maiorem humilitatis exercitationem, & mortificationem propriam.

CAPVT XVII.

DE QUAS RATIONES TENEATUR QVIS CVM *charitate*
corrige aliorum defectus; & ipsam correctionem
cum humilitate acceptare.

EX DICTIS IN PROXIMO CAPITE deducere licet summam quandam rationum ac titulorum, quibus Religiosi tenentur in suis Religionibus adhibere cum charitate hanc fraternam correptionem; cuius eadem esse debet præcipuus finis, nec alius ei contrarius vlllo modo querendus.

PRI-M-A RATIO sine primus titulus est, bonum spirituale fratris peccantis. Si enim *vn cuique Deus mandauit de proximo suo*, id est, commendauit, rationem boni eius habere: quanto magis idem censendus est, commendasse de eo, qui tot titulis est proximus & frater noster? Et cum correctio sit opus amicorum, dicente Ecclesiastico *b corripie amicum*: quod amicitia est maior: eò magis correctio est adhibenda. Cum igitur Religiosi arctam adeò inter se profiteantur amicitiam: æquum est, ut eam ostendant, & exerceant in defectibus mutuis corrigendis: ut sic magis conseruetor amor, cum morum probitate. Et qui dimittit corripere amicum prætextu pietatis: hæc ipsa pietas & mansuetudo, ait Sanctus Augustinus,

Pppp 2 ingens

5.
2.2 q. 33. a.
7. ad 4.

2. l.
2. Eccl. 7. 12.

b. c. 19. 11.
Cap. 23. Re.
habetur 5.
9. c. 1.
Epist. 50. ad
Bon. ref.
ur 2. q. 4.
- ipsa pietas

Re. 46. Jusf.

ingens est crudelitas: sicut crudelis est, qui negligit ægrotum curare, ne illi contristet ac propterea ille moriatur. Ita ait S. Basilius: qui omittit corrigere fratrem suum, crudelis est: cum enim potuerit spiritualem eius mortem impedire, id non fecit.

2.

c. Exod. 23. 4

SECUNDVS titulus est, propter honorem ipsius Dei, & vt eius patrimonium ex lucro animarum augeatur. Filij enim consulere tenentur honori parentum; & attendere ipsorum donis & facultatibus. Si videres e ouem aut iumentum amici tui errare: curares reducere ad eum, quod in lege veteri iubebatur, etiamsi iumentum esset inimici tui: si igitur vides Christi Domini ouem errantem; iustum & æquum est, vt studeas, eam ad suum gregem reducere: id enim est quasi eam lucrari, & reddere Domino suo. Ex quo fit: vt qui negligit peccantem corrigere: ipsum Deum afficiat iniuria: quam obiecit ipse Deus Heli Sacerdoti: ed quod filios suos, non vt oportebat corripisset: id magis (inquit) honorasti filios tuos, quam me: cum non impediisti dedecus, quod ipsorum causa in me redundabat.

3.

Hom. 15 in
1. Cor. 5.
In Iosue. 7.

TERTIVS titulus est ingens detrimentum, quod euenit alijs Religiosis: qui facile vnus peccato inficiuntur; nisi correctio adfit, qua illud emendetur. Nam, vt ait S. Chrysostomus, modicum fermenti totam massam corrumpit, & improbus aliquis, qui permittitur impunitus, reliquis nocet; & scabiosa onis, nisi separetur, totum inficit gregem: ita, inquit Origenes vnus qui in aliquod impingit delictum, inficit tanquam pestis totam plebem: & multo magis improbus aliquis Religiosus nocet toti Conuentui, ob maiorem Communicationem, quam Religiosi inter seipfos habent, & quia imperfecti liberiores fiunt, vt audeant in multos defectus prolabi, cum vident, neminem adesse, qui corrigat. Et vt S. Bernardus ait, vbi non timetur reprehensor, securus accedit tentator, & facilius perpetratur iniquitas. Et licet ita esset, quod vnus peccatum non inficeret reliquos, est tamen adhuc necessaria correctio, vt euitentur damna, quæ adfert contra honorem, aut pacem, aut quietem, aut commoditatem reliquorum.

4.

Serm. de S.
Ios. Baptist.

33

33

HINC quartus titulus, & quidem præcipuus oritur, obligans ad corripendum propter bonum scilicet totius Religionis, quod pendet ex bono particularium Religiosorum, & hoc etiam dependet ex communi omnium bono, absq; læsione conseruato. Et ita veri Religionis filij tenentur zelare bonum matris suæ; & hoc medio reijcere quicquid illi nocet. Nemo (ait S. Bernardus cum fratribus suis loquens) vitia palpet; peccata dissimulet nemo. Nemo quod in se est æquanimiter ferat cum viderit ordinem deperire, minui disciplinam. Est enim consentire, silere, cum arguere possis. Et cum Religiosi aded sint coniuncti, & inter se vniti, peccatum vnus non solum reliquis domesticis nocet; sed etiam, si innotescit, scandalizat seculares: nam

nam

nam malum, quod vnus facit, attribuunt omnibus vt S. Augustinus perpendit: & sic adfert Religioni ignominiam & bonum eius nomen læditur & obsecratur. Idque totum tribuitur potenti adhibere correptionem, nec facient; & quod maxime terret, est, quod propter factam solius Achan in exercitu Israël dixit Deus: *peccauit Israel, & prauaricatus est pactum meum*. Quod peccatum cum esset occultum, grauissime tamen illud in toto exercitu puniuit: vt tandem manifestaretur; & qui reus erat, puniretur; si enim ille fuisset impunitus; lepra illius reliquos infecisset. Quando igitur amplius id est timendum in Religione, cuius milites aded sunt coniuncti: vt vnum quid esse censeantur? Quare si quis eorum est proprietarius; aut inhonestus; nec tamen corripitur: hæc culpa quodammodo inficit & maculat omnes.

Ex His omnibus deducitur *quintus* titulus, qui obligat ad vitia corripienda: in bonum scilicet ipsius corripiantis: vt pericula ac damna euadat, quæ suo silentio incurreret; vt impleat, quod Deus in suo Euangelio iussit; & Religio in suis Regulis constituit: & sic se ostendat etiam in hac Regula obedientem, etiam si in ea seruanda aliquam sentiat difficultatem. Nam, vt S. Augustinus monet; sæpe iusti negligentes correptionem peccatorum, eadem penas subeunt, ac difficultates temporales; quas ipsi, qui peccauerunt. Ad incutiendum verò timorem: sufficiunt illa eiusdem Sancti verba: si neglexeris corrigere: peior factus es eo, qui peccauit. per illam enim negligentiam aut legis contemptum, oneras te peccato alieno: quod quasi proprium tuum fecisti, non impediens illud, cum posses: & charitatis legem conculcas, quæ iubet, fratri tuo prospicere, ne periret.

§. I. *Excessus in ipsa correptione.*

SED QUONIAM excedere potest corripiens terminos charitatis, dum suæ obligationi vult satisfacere: operæ pretium erit aliquos tales excessus infinuare. *Primus* est: si quis sollicitus esset in querendis peccatis, aut defectibus aliorum, zelo quodam indiscreto remedium ei, adferedi. Quod est contra mentem Christi Domini nostri. Vt enim ait S. Augustinus: voluit Christus Dominus, nos non obliuisci correctionis: non querendo, quid reprehendas: sed videndo: quid corrigas: cum id occurrerit. Vterius enim progredi, esset aliorum vitam velle scrutari, contra præceptum Spiritus sancti dicentis: *a ne insidieris, & quaras impietatem in domo iusti, neque, vases requiem eum*. Quod tamen censendum est dictum de subditis, quibus ex officio non incumbit, alios regere, aut adiuuare. Prælati enim bene possunt, imò tenentur inuigilare, & attendere: an inter suos subditos aliqui sint defectus reparandi, siue id faciant monitis generalibus, quemadmodum fecit Patriarcha Iacob conuocata omni domo sua, cui dixit: *b abucite Deos alienos, qui in medio vestri sunt*. quam sententiam suo loco explicuimus; siue etiam in particulari,

Pppp 3

inqui-

Epist. 87 ad
Hippolit.
S. Bonau. q.
16. super Reg
c. Iosue. 7. 11

5.

Lib. 1. de ci-
uit. c. 9.

Serm. 16. de
verb. Domi
S. Tho. 2. 2.
q. 33. a. 3.

Serm. 16. de
verb. Domi
S. Tho. su-
pra a. 2. ad 4.
Lib. 1. de Do-
ct. Christi
c. 29. §. 3.
a Pro. 24. 15

b Gen. 35. 2
Tom. 2. tra.
3. c. 5.

inquirendo de vita & operibus aliquorum, cum sufficientia adfunt indicia, ad huiusmodi inquisitionem.

ALIVS etiam esset excessus: si quis veller omnes defectus corrigere, cum deprehendantur; non attendens qualitate ac dispositione personarum, nec habita ratione loci, temporis, & opportunitatis, aliarum que circumstantiarum: quas prudentia observat, ut correctio fiat sicut oportet; & nominatim, an sit spes fructus, & emendationis? quæ omnia simul observare adeo est vulgaribus hominibus difficile, ut S. Augustinus dixerit; raro, & in magna necessitate obiurgationes adhibendæ sunt. Ita tamen, ut in ijs ipsis, non nobis, sed Domino, ut seruiatur, instemus. Ac propterea, ordinariè loquendo, præstat recurrere ad eos, qui possunt rectè cum zelo ac prudentia peccantem corripere. Quales sunt Prælati, Confessarij, & Seniores, ac viri Spirituales. Quemadmodum Apostolus insinuavit Galatis dicens: *Frater, etsi preoccupatus fueris homo in aliquo de vobis, qui spiritualis estis, huiusmodi instruit in spiritu lenitatis: considerans seipsum, ne & tu teneris.* Spirituales vocat, viros perfectos & bene instructos in rebus Religionis, & habentes celestem Dei lucem, ad rectè de rebus omnibus iudicandum, ut idem Apostolus alibi insinuavit, dicens: *virum spirituales iudicare omnia: rectè scilicet discrimè rerum ac personarum observantem; sicut, qui sanus est corpore, rectè defectibus indicat.* Ne autem spiritus feruens aliquem præcipit adiecit Apostolus: *instruite in spiritu lenitatis, & misericordie & mansuetudinis: ita ut memor sit corripiens suæ imbecillitatis; ob quam & ipse eisdem tentationibus subiectus, labi potest.*

DENIQUE omnes prædictæ rationes suadent; Prælatos severius obligari ad corrigenda vitia suorum subditorum: siue id faciant tanquam Patres, aut privatae personæ, sicut hætenus diximus; siue tanquam Prælati & Iudices, punientes ubi opus erit ipsos delinquentes, ut emendentur & alij cautiore siant: sibi persuadentes, multum ex hac ipsorum cura, & vigilantia dependere bonum Religionis. Nam, ut S. Bonaventura ait, discrimen inter laxas & reformatas Religiones non tam in eo est, quod in alijs sint defectus, & non in alijs: nam ordinariè defectus inveniuntur in omnibus: sed in eo, quod laxæ, defectus dissimulant; & peccantes non corrigant, nec puniant: ex quo defectus sumunt incrementa, donec ipsam Religionem destruant. At reformatæ, statim atque defectum advertunt: remedium adhibent, & puniunt delinquentem: quod est proprium munus Prælatorum: ut fufius dicemus in speciali tractatu de eis instituendo.

*Li. 2. de ser.
Dmin in
mont. c. 19.
ad finem
em. 4.*

Galat. 6.1

1. Cor. 2.15

*e Psal. 140.
corripiet mi
iustus in mi
sericordia.*

*S. Thomas
supra a. 3.*

*Opus de sex
alio Soraph.
c. 4.*

*Tom. sequ.
tract. ult*

§. 2. Ob quas rationes correctio sit equo animo toleranda.

QVINQUE supra posita rationes, quæ obligant ad correptionem faciendam, etiam habent locum in ipsis corripiendis: vt correptionem admittant, & fructum ex ea capiant, propter eosdem fines & motiua. Primum igitur motiuum est, bonum spirituale animæ propriæ: quem admodum (ait sanctus Basilus) ægrotus medicamentum etiam acerbum accipiat, vt sanitatem obtineat; neque irascitur in medicum aut chyrurgum: potius enim gratias illis agit, ob acceptum ab illis beneficium, quo est à periculo, in quo versabatur, liberatus. Ac propterea dixit Ecclesiasticus: *quam bonum est, correctum manere festare penitentiam! sic enim effugiet voluntarium peccatum, hoc est, sponte commissum.*

Hic accedit, quod correctio non solum à culpa liberat, sed occasionem præbet magni emolumenti: incrementi scilicet humilitatis, patientiæ, & charitatis. Quare qui cupit esse perfectus, correptionem, vt ait S. Bernardus, reputare debet portionem de cælo sibi aduenientem, quasi studium, & beneuolum Dei fauorem; ac propterea meritò deberet obsequium aliquod & operam suam corripienti offerre, in signum animi grati. Neque est paruum indicium, quod correptio sit magnum Dei beneficium: siquidem in magnam pœnam, eam prohibet fieri ijs, qui parum ex ea proficiunt. Et ita minatus est per Oseam Prophetam, dicens: *vnusquisq; non iudicet, & nã arguatur vir; populus enim meus sicut hi, qui contradicunt Sacerdoti, Et corruet hodie & corruet etiam Propheta tecum, qui tibi blandiebatur.* Et per Ezechielem ait: *auferetur zelus meus à te, & quiescã, nec irascar amplius in te.* Sed hæc est summa Dei indignatio, quæ tendit in iram & supplicium æternum; & pro reprehensione, quam nunc non permittit; adhibebit seuerissimam in die iudicij nouissima, coram mundo vniuerso ad confusionem & cruciatum intolerabilem. A propterea Ecclesiasticus ed vsque peruenit, vt diceret: *qui odit correptionem, vestigium est peccatoris, hoc est, Dæmonis: signum est enim, quod ipsum Deus dereliquerit; & quod breui ed perueniet, vt æternum sit eius in inferno socius.* Contrà verò, qui eam humiliter accipiat, Deum honorat: quia pœnitentia ei restituit honorem, quem peccando abstulerat; eiusque amore humiliat se corripienti. Aedificat etiam valde fratres suos, damnūque reparat, quod illis & toti communitati malo suo exemplo attulerat. Est enim imbecillitatem suam prodidit, impingendo; ostendit tamen humilitatem, & patientiam tolerando reprehensionem; & fortitudinem, vincendo seipsum; ne quid ad suam excusationem loquatur, sed per emendationem relargat. Quod si honorem aut opinionem peccando amittit: his virtutibus, quas, exercet, dum corrigitur illam recuperat. Et in

hunc

Tom. 1. Tra
3. c. 9. actum
fusius.

1.

Reg. 31. ex
Fusis

a Ecl. 10. 4

2.

In doct. spir.
habetur ad
finem operũ

3.

b Osee 4. 4

c Eze. 16. 42

d Ecl. 31. 7

4.

5.

6.

e Eccl. 4. 14

f Exod. 18

18. 24

g 1. Reg. 13

13.

Hom. de fe-

rendis res

prehension.

tom. 2. Tru

5. 4

h Cant. 1. 12

Ser. 40. &

41. in Cant.

& Ser. 4. de

Assump. 7.

7.

Supra,

i Prov. 9. 8.

8.

hunc sensum dixit Ecclesiasticus: *e meliorem esse iniquitatem viri, quam multam beneficentem.* Vir enim feruens, si peccat, ex suis culpis occasionem accipit magnorum meritorum, exercens varios valdeque heroicos actus, in correptione, & Confessione eorum. Nec minus honoris f. *Moses* obtinuit, quod se subiecerit correptioni Socii sui *Jethro*: quam in tot præclaris facinoribus, quæ ediderat in *Agypto*. Et, si *g David* magnam fecit iacturam propter adulterium & homicidium; non tamen paruum acquisiuit honorem, cum ad eum demissè *Nathan Prophetæ* correptionem acceptauit. Et sæpe Deus permittit huiusmodi lapsus ac defectus in seruis suis: ut harum virtutum alijs præbeant exemplum; & eisdem exercendis ipsi proficiant. In hodiernum vsque diem (ait S. Chrysostomus) perdurat in Ecclesia Dei bonus sanctorum horum virorum odor: qui ex reprehensionibus adeò bene profecerunt: Et ut supra dicebamus: antiqui Patres solebāt exercere Monachos, etiam seniores huiusmodi reprehensionibus, etiam ob leues defectus: ut & ipsi proficerent, & alios humilitatis & patientiæ suæ exemplo edificarent. Sicut enim h. *Nardus* vsitatum suum emittit odorem: ita (ait S. Bernardus) Religiosus reprehensus emittit ex se suauem odorem, humilis confessionis, mitis responsionis, aut verecundi silentij: quibus valde confortat circumstantes. Sicut è contra, qui ægrè fert correptionem, ostendens impatientiam, & adferens excusationes, aut insipida responsa: suas culpas auget & scandalum fouet; prauusque odor, quem ex se emittit, contristat feruentes, animum adfert corripientibus, & ipsos cruciat Prælatos: & quantum in se est, bonum commune destruit. Nam (ut ait S. Chrysostomus) maximum Religionum & Ecclesiæ damnum prouenit ex non bene acceptatis correptionibus: & ex eo quod propterea non sit, qui audeat corripere: memores eius, quod dixit Sapiens: *i noli arguere derisorem, ne oderit te; & medicina reddatur deterior.* Nec tantum detrimentum accipit Religio à culpa, quantum ab hac repugnantia & incorrigibilitate: quæ suprema existimatur miseria. Ex quo fit, ut qui grauitè fert reprehensionem; quasi volens suum tueri honorem; maiorem eius iacturam faciat. contrahit enim magnam notam, non solum ob suum peccatum; sed maximè propter obstinationem. Et quamuis hæc resistentia fiat occultè; & inter paucos: idem tamen sequitur detrimentum. Tunc enim locum habet obligatio Euangelici præcepti, dicentis: *si non audierit: dic Ecclesiæ.* hoc est, Prælato, tanquam Iudici, qui Ecclesiæ & Religionem ipsam repræsentat. Cui si fratris peccatum hac ratione dicatur: idem est, atque si toti Religioni manifestetur. Nam, cum agitur via iuridica, & per informationes, ac testes: necesse est culpam promulgari: & ipsa pena eam facit magis manifestam: qua pena illata, ille manet infamis adeò, ut habeatur sicut *Ethnicus & Publicanus*; & quasi ab ipsa Ecclesia ac Religione

alienus

alienus, & infamis peccator; vt etiam ab ea dimittatur; & quasi incorrigibilis eijciatur: aut permittat Deus ipsum tanquam Apostatam habitum Religionis abijcere.

Ab his omnibus miserijs & alijs, (quas fusè propèsumus in Tomo primo Tract. de Conf. s.) liberatur, qui correctionem amplectitur; & sic se ostendit filium Ecclesie & Religionis, quam vt matrem agnoscit: consulens eius honori: vt locum in ipso habeat promissio Dei facta per os Zachariæ Prophetæ, dicentis: *Domini protegit habitatores Ierusalem, & erit qui offenderit ex eis quasi Dauid.* Qui, cum corripitur, sese humiliat, culpam suam agnouit, & pœnitentiam egit: *& domus Dauid, quasi Dei, sicut Angelus Domini in conspectu eorum omnium.* Familia enim huiusmodi Religiosorum, qui cadunt sed postea surgunt, erit quasi Domus Dei in terra, digna eius amplitudine & magnificentia: quia ostendet in eos magnam suam liberalitatem & misericordiam: & cauti facti ex lapsu, euadent tanquam Angeli Dei, puri, obedi- entes, fortes, & constantes, ac perseverantes in custodia Votorum suorum: idque cum tanta perseverantia, & firmitate, vt condant cœlestem Ierusalem; fiantque viua, æternaque Dei domus in societate Angelorum eius regnantes cum ipso in

æternum.

FINIS TERTII TOMI.

